


AD MAXIMUM ATQVE
 adeo clarissimum Hispaniarum principem. D. Phi-
 lippum inuictissimi Cæsaris Caroli. V. primoge-
 nitū. Fratris Dominici Soto Segobiensis, theo-
 logi, ordinis prædicatorum, Salmanticæ pro-
 fessoris, ac prioris cōuentus. S. Stephani,
 IN CAVSA PAUPERVM
 DELIBERATIO.



AD MAXIMVM ATQVE
 adeo clarissimum Hispaniarum principem. D. Phi-
 lippum invictissimi Cæsaris Caroli. V. primoge-
 nitū. Fratris Dominici Soto Segobiensis, theo-
 logi ordinis prædicatorum, Salmanticæ pro-
 fessoris, ac prioris cōuentus. S. Stephani.
 IN CAVSA PAUPERVM
 DELIBERATIO.



VLLAME Vnq̄ ratio Prin-
 ceps maxime inducere potuif-
 set, has ad amplitudinem tuā
 literas dare, niſi et legiſsem ſe-
 pſepſius apud multos, quāta
 eſſe dbeat in principe humani-
 tas, quantanq; cuiusuis classis
 hominibus audiendis maliue-
 tudiinem genus iſtud morta-
 liū debeatis: pariterq; ex mul-
 tis audiuiſſem, quantam tu
 (quod patrū vobis genti-
 leq; eſt) humanissime p̄f̄stes. Atqui, ſi quando alias,
 vel nunc maxime multorum te ſentētias humanit̄, nō
 auditurum modo, cōiectura eſt, ſed etiam rogaturum.
 Nempe de ea re, de qua cū a claretadine tua (quippe qui
 Cæſaris throno ſedes) iudicatū fuerit, nihil cūctis aliud
 q̄ decretum audire, ac iuſſa parere integrum erit. Haud
 me latet, non me in ijs eſſe, quorū authoritas vlo po-
 ſit momento rem tā a multis controuersam, tāq; matu-
 ra consultatione far citā, huc illuc inuertere. Neq; ea ego
 mente negotiū, hoc dicēdi ſuscipio, vt quicq; quod in
 actis ſit, immutare cōtendam, Verum id ſatis duxerim,

A ij

Si, idqd' fieri, statutū est, cunctis hinc inde incōuenienti
bus diuti⁹ exploratis, cautius, prouidētius, ex diuinoq;
magis numine fiat. Qua videlicet melius ratione misse-
ris pauperibus fuerit consultū. Id quo in hac re esse nul-
lū pót aut Cæfareæ maiestati, tuæq; perinde áplitudini
obsequiū gratius, aut rei publicæ cumulatius bonū. A
deo nos pauperū habere curā Christus seruator noster,
nō modo voluit, prædicauit, et admonuit: sed & sumis
nobis cū pollicitationibus, tuin cōminationibus edixit.

Sunt nōnullæ, neq; ex postremis quidē, ciuitates cœ-
farei huius hyspaniarū patrimonij, vbi his retro annis
q̄tuor cæptū est, pauperes, vagabūdis expurgare, in or-
dinē cogere, eleemosynas certa rōne & modo, & collige-
re, & distribuere. Sane vt hostiatim inēdici c. rcumire ar-
ceantur: vt hoc illi labore, diuites vero, eorū improbita-
teleuent. Neq; eleemosynæ temere profūdant. Sed dele-
ctus pauperū fiat: quo, ijs quos lex validos appellat, de
medio sublatis, alijs, qui vere egēt, vberiores obueniāt.
Qd' equidē institutū esse nemo pót, qui nō suo genere,
& merito præclarū cœfeat, christiāoq; pectore videat pf-
fisci. Atq; adeo dignū æstimet, qd' pro sua quisq; virili
laudet, soueat, omniq; studio complectat. At cū res tā sit
magnum motīti, aliarū quoq; sui ordinis legē subeat, ne
cessū est. Népe vt ea sit, de qua nō facile inter oēs cōueni-
re possit. Operū etenī vñu quodlibet nō de subiecta ma-
teria, quātūlibet in honestissima verset, virtatis cōtinuo
nomē promeretur: q; neq; virtutis linea statim attingit.
Quin vero complurimis prius opus habet circūuestiri,
quæ in vniuersum explorata vt sint, atq; prospecta, nisi
multorum iudicio, fieri nequit. Atqui vsu venire s̄pē
solet, vt prudētes quidē viri atq; etiā consultissimi deru-
dibus nostris imperitorū dubitationib⁹ pmulta, quib⁹
cavere debeat, pspiciat. Nā audiēs sapiēs, vt in puerbio

est Salomonis sapiētior erit. Igit̄ neq̄ tu Princeps optime. Prove. i.
 me neq̄ aliorum quisq̄ verba h̄ec, qualiacūq; adorno,
 aut animo mihi cupiam aduersandi, aut cupidini con-
 tendendi adscribat. Neq̄ enim vlla in re tantam mihi fa-
 cultatem arrogo, neq̄ in hac tali animo citraculpā pro-
 dire potuisse. Quocirca nihil est causæ, cur se mihi q̄sq̄
 concertandi disputandiue gratia obuiā proferat. Siquidem,
 vt paulo ante dicebam, non alio orationis meæ) si
 quos modo habitura sit) nero intendo, quam vt ille
 quæ in pauperes apparantur leges, q̄ fieri maxime po-
 test, circūspetissime ferantur. Qua ratione fiet, vt inter il-
 los, qui in hoc negotiū amplissimas eleemosynas quo-
 tidie largiuntur, pro mea ego tenuitate, cum paupercula
 illa euangelica, duo minuta errogauerim. Quandoqui
 dem eleemosynæ, quarum sumus egenis debitores, nō
 in solo paneposuæ sunt. Quinimmo vt Gregorij verba
 referam. Habens intellectum: curet omnino ne taceat.
 Habens rerum affluétiam: vigilet ne a misericordiæ lat-
 gitate torpescat. Habens artem qua regitur: magnopere
 studeat, vt vsum atq; vtilitatem illius cum proximo pro-
 curet. Habens loquendi locum apud diuitem: dámatio-
 nem pro retento talento timeat: si cum valet nō apud eū
 pro pauperibus intercedat. Hæc Gregorius. Munus er-
 go a lingua nō infime prodesse nōnunq; potest afflictis
 pauperibus. Ut enim est in Ecclesiastico. Dives iniuste
 egit, et fremet: pauper autem Iesus tacebit. Et Isidorus
 (quod. xj. q. iij. inter decreta relatum est) pauper (inquit)
 dum non habet quid offerat in iudicio, non solum audi-
 ri conténitur: sed etiam cōtra veritatem opprimitur. Ob-
 idq; qui pauperem protegit, deum imitatur: qui teste
 illo pauperum patrono Iob, de manu violenti eripit pau-
 perem: et conteste David, astitit a dextris pauperis: vt sal-
 uam faciat a persequentibus animam eius. Idecirco in re

Luc. 21.

Hom. 9.
sup euā
gelia.Eccl. 15.
ii. q. 3.Iob. 5.
ps. 108.

A iii

que ad christianā religionem tanti refert, sane qua de vita pauperum, nec sine diuitium magno periculo, decernitur, nemo reuera posset officiū prætermittere, qui non protinus reprehēsionē incurreret, qua (vt est in euā gelica parabola) neq; illum seruum et infidum dominus tā increpuit acriter, q; talentum, quod si fœneratus fuisset, vñoris potuisset augere, vt domino suo multiplicatum redderet, subtus terram maluit abscondere. Absit eo hæc animo dixerim, quo velim quempiam cōdénare. Etenim quotquot prouinciam hāc, negotiis pauperum suscipiunt, vtrahuis partem tueantur, zelo pietatis ac religionis dicuntur: atq; adeo vt roscis copiosa merces manet apud deum. Sed huc penitus mea tendit oratio, q; pro suo qfsp; ingenio iudicioq; rationes in mediū de hac re pferre debet, qbus vtrinq; discussa, exactius definiatur. Quod autem in animum induxit ad amplitudinē tuam orationem dirigere, nullum in absentia Cæsaris legitimū alium iudicē, apud quē causam pauperum orarem, diligere, aut potui, aut certe debui: Cum quod deus ipse, per quem reges regnāt, & legum conditores iusta decernunt, sēpe et multum iudicē, se patronū, ac patrē pauperū, honoris gratia, nominat. Vnde Synod⁹ cartaginēsis quinta admonitos es̄t voluit prælatos, vt ab imperatorib⁹ gloriofissimis pauperū patrocinii postularēt. Tū ēt q; causa hæc et ad Cæsare & ad curiā iam diu delata est. Scriptā duxi non latine solū (quo tamē sermone latius ac pressius rē explicui) verum et hispane. Primi quod (vt alias mē claretudini tñē dixisse memini, quādo scholas nostras hoc honore dignatus es, vt lectiōibus nostris interesse volueris) quāuis vtrūq; idiomā plene capias, ad principes tñō nisi patrio eorū sermone vti, fas est. Præterea quod cum causa hæc, de qua dictū us prodeo, popula

ris sit: ut pote cui⁹ cognitio ad plebē etiā p̄tinet, operæ
preciū fuit, illa lingua p̄ferri, quā vulgus etiā p̄ciperet.

¶ Q. VON NARRATIO CONTINETVR. CAP. II.

RIMVM, quod huic fabricæ subiectū est
saxum, petitio illa fuit quadragesima sexta
in cōuentu regni, qui Valeoleti celebriter fa-
ctus eit, anno ab orbe redempto. 523. supra
milleffimū. Qua pauperes apud Cæsarē delati sūt, q̄ si-
nes patrios egressi regnū mēdīcates peragrarēt: idq; nō
sine dānis (vt causabat) quæ res publica eiusmodi gētis
vagatiōe per multa recipit. Obidq; ius a Cæsare implo-
ratū est, quo mēdici suo q̄sq; solo cōtinerent: neq; per-
mitterent circūmagari. Id verunt̄, quāuis vt de illo pro-
uidereſ responsū fuerit, nō fuit tūc edicto publico cau-
tū. Qua dēre in cōuētu itidē celeb̄ri apud. Matritū. an-
no. xxvij. petitiōe. xl. de eadē rursus egenorū vagatio-
ne cōqueſtū est. Neq; aliud inde, q̄ prius, responsū pro-
curatores reportarunt. Deinde in conuentu, qui anno
.xxxiiij. eodem conuocatus est, petitione. cxvij. alia sub
alio tenore produciſ supplicatio. Videlicet quod sin-
gulis regni ciuitatibus prouidus aliquis ac circūspect⁹
vir negotio pauperū delegaretur, sine cui⁹ testimonio
& Chirographo nemini licitum esset hostiatim men-
dicare. vt hac ratione legitimi pauperes cōpertī essent.
Huic, veluti iustæ supplicationi, subscripsit Cæsar, vt
vagabūdi quos l̄x (validos appellat) oppidis abigeren-
tur, aduen̄x, qui p̄textu paupertatis falso titulo mē-
dicat, pellerent a curia. Quib⁹ adiecit, vt legitimi pa-
uperes suis cuiusc̄ dioecesis procurarentur & alerent.
Nulla illic tñ poena in legitimos pauperes decreta est,
quocūq; regni mendicatū cōmigrauerint. Postea de-
mū (quod ad rem denuo proprius attinet) anno. xl. cu-
ria, quæ est Cæsari a cōſilio, ea quæ p̄fatis petitiōib⁹

continentur, ut obseruarētur, senatus consulto manda-
uit. Atq; adeo post consiliariorum subscriptiones instru-
ctio quædam appēditur, sola tabelionis manu signata.
Qua executionis forma articulatim præscribitur. Sūma
eorū, quæ ad rem pertinent, sex continet articulos. Cau-
tur enim primum omnium, ut nemini prius mēdicare li-
ceat, q; eius paupertas legitimo examine constiterit. Secū-
do, necuīq; mendico, etiā legitimo, nīsi in propria patria
intra certos terminos, sit integrum mendicare. Excepto
inde tempore extremæ famis, alijsue cuiuslibet magnæ
calamitatis. Tertio, ne abfq; chirographo aut parrochi
aut illi⁹, qui huic muneri delegat⁹ esset, quisq; mēdicet.
Quarto, q; nisi prius sacramentaliter confessis, huius-
modi chirographa mendicandi concedantur. Quinto,
qui ad limina Iacobi peregrinantur prohibiti sunt, et lo-
gam moram facere in via, et a recto itinere vltra duo-
decim mille passus (quas Hispani quatuor leucas dici-
mus) deuiare. Reliqua iustissime extra controversiā san-
citasunt. Postremus deniq; adiectus articul⁹ est, vt dice-
cesani, prætoresq; yrbiū, pro sua vtricq; facultate, fat-
tagerent, instituta hospitalia reficere; eorūq; dotes a qui-
busuis debitoribus ac retētoribus exigere. Atq; adeo cu-
rarent, si qua forte ratione fieri posset, ut pauperes in suo
cuiusq; territorio abunde substentarentur: ne villa eos ne-
cessitas diuagare cōpelleret. Hæc metinæ anno pxime lap-
so. xluij, prælo mandata sunt. ¶ Super hæc fundamenta
cōpere ciuitates institutiones construere. In quibus ha-
bebatur. Primum ut yagabundi vrbe exigeretur. Mox
ut aduenæ mēdicātes, postq; essent refecti et recreati, cer-
tōq; donati subsidio, trāsire protin⁹ cogerent̄. Deinde,
iie mēdican tes indigenæ hostiatim discurrere sineren-
tur: sed domi receptis, alij ad mun⁹ hoc destinati elemo-
nyas colligerent, atq; conficerent. Ad hæc obeūda mu-

Sex artis
culi.

nera ministri, cum alijs, tū etiam prætores executores crea-
 ti sunt. Cuncta quidem zelo sancto ac pietate plena. Nē-
 pe ut legitimi pauperes, qui domi clausi malunt præ ve-
 recundia extrema pati, quā ad mendicandum prodire,
 hac ratione maiora possent subsidia recipere. Nam qui
 aliter quā sancta intentione, institui hæc potuissent, Za-
 moræ præsertim, quæ harum fuitvrbū prima, ybi prior
 ordinis religiosi ac toto orbe illustris diuī Ioānis aderat.
 Qui quando in præsentia celsitudinis tuæ suis alijs ho-
 noris titulis uuncupari nō permittitur cum in alijs ger-
 mane christianus, tum in pauperes christianissime ma-
 gnificus, atq; (si verba cohererent) eleemosynarum san-
 ctissime prodigus, nihil vñq; in pauperes decerni permi-
 sisset, nisi religiosorum prudentū iudicio in rē esse pau-
 perum cognouisset. Post modum vero cū murmura in
 hac vniuersitate de institutionibus huiusmodi suborire
 tur, consulti nōnulli a Zamora sumus. Qui non in vni-
 uersum eorum articulis applausimus. At nonnullis
 pro iudicio nostro recisis, reliqua subscribere polliciti su-
 mus. Tum demum post dies aliquot scripta ad nos ab ea
 dem vibet sunt capitula quædam articulorū, quæ subsi-
 gnaremus. Ingenue fateor inscritiam meam ac temeri-
 tatem. Credidi nihil aliud in scriptis esse, q; ego verbo
 promisseram subsignare. Et ideo, quā nō legi scripturā,
 subnotauī. Non quod inter tot numero, tāq; insigniter
 sapiētes quicq; mea subscriptio autoritatis, aut addere,
 aut adimere posset: tamē audio alij, ua illuc haberi, quæ
 si legisset, probare præruditate mea non possem. Hor-
 sus hæc, q; postq; hisce dieb? areueredissimo Cardinali
 Toletano, mca sententiā Valeoleti de hac eleemosynarū
 ratione rogatus, respondissem, non me cuncta posse mē
 te plene capere, ecce articuli ei zamorenses exhibent, meo
 nomine subsignati. Quos deinde (vt audio) corā clare-

Difst. et
. c. ego
folis.

tudine tua eorū fautores produxere. At vero cum illius
ego nō sim authoritatis, quam pythagoricis suo Pytha-
goræ tribuebant; qui nullum veritatis testimonium pe-
tebant, q̄ magister dixisset: sed ea potius augustinia
nam lege ad Hieronimū (quæ in decretis est) cū omni-
bus qui de hac re loquuntur, tū maxime mihi præscrip-
tam esse cupio: ubi ait nemini præter canonicos libros,
quantilibet sanctitate doctrinae polleat, maiorem ad
hibendam esse fidem, q̄ eius rationes persuasionesq; fe-
cerint: quid ego alias subscripserim, nihil propemodū
refert: sed quid rei veritas fuerit, pagellam hanc testem
appello. Ad rem itaq; vt reuertar, a Zamora deinceps
(tametsi nōnullis hic refragatib⁹) easdē hæc ciuitas cō-
stitutiōes accepit. Hinc demū Valeletū cōmigrarūt.
Vbi (vt istic rumorem audiui) te aplissime dñe, et qui-
dem merito, ancipitē habet. Vnde mihi animū subiit,
deliberationē qualē hanc cūq; ad amplitudinē tuā scri-
bere. Vereor ne vsc⁹ ad facietatē narrationē p̄traxerim.
At necessariū arbitrat⁹ sim integrā reisūmā, de qua di-
sturus sum, primum omniū ob oculos ponere.

¶ DE VAGABUNDIS. CAP. III.

DELIBERATIONEM Hanc, vt pleraq;
omnia, quæ in consultatione posita sunt, in
duo statim secari opera&preciū est. Enim uero
quid nā liceat, quicque illicitū sit, primum op-
portet constituere, mox ex his quæ licita sunt, quid ex-
pedire videatur, discutere. Hanc partitionem Aposto-
lus priori epistola ad Corint. sub his verbis adumbrat.
Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Om-
nia mihi licent: sed non omnia ædificant. Neq; vero
eadem sunt ambo via perscrutāda. Sed diuersa potius
lance expēdenda. Quid nāq; liceat, lege agendum est.
Quoniam de qua rescripta est lex (vt super. L. prospe-

.1. cor. 6.
et. 10.

ximus. ff. qui et a quibus iuris prudētes cōsiderāt) nullus disputationi cōceditur loc⁹. At vero vbi ex duob⁹, quæ ambo per legē licita sūt, ytrū eorū expediāt delibera-
 ram⁹, tūc ex æquo & bono, argumētiç a prudentia, pfectis coniectanda res est. Et quia ex rerū diuīsione per multa et sciētiæ et cōfilia luce clarescūt, lōge interest in vagabūdos homines, & eos qui, cū vere sūt pauperes, per orbē mēdicādō discurrūt. Nā de priori hominū generē, nō lege modo particulari regni, sed antiquori multo, quæ inter cōmunia iura scripta est, atq; adeo diuino ac naturali iure antiquissima, cautum est, ne in republi-
 ca impune permitrantur. Alceros vero, nempe aduenas et peregrinos (saluo eorum iudicio, qui iuris prudētia p̄fēstant) nulla lege video, quocūq; illi gētium discurrant, inhiberi. Quin vero, si et euangeliū, & qđ naturalis rō suggerit auscultem⁹, neq; esse apparet ex æquo et bono. ¶ Quātū ad priorē partē spectat, nomē/vaga
 būdos/ quis p̄mo sono nihil aliud designare videat, q; hominē, qui sine ppria sede ac domicilio per orbē vaga-
 tur (vt sup.c. fi. de foro cōpeten. et. L. hæres absens. ff.
 de iudi. docte adnotat iuris consulti) addendū tñ est, vt dī. 1. hæ-
 eius notio hēt, q; sint homines nulla necessitate, cōmo-
 ditate, aut vtilitate vagātes. Alias nō esset (vt plane est)
 nomē infame, quippe quo ociosos hoīes subnatamus.
 Qua de re qui ratione, aut artis exercendæ, negotiatio-
 nisue, aut alius necessitatīsiue vtilitatis patrīos fines
 egredīunt, nec vituperant, neq; hoc pindē famoso va-
 gationis nomine censem̄tur. ¶ Igitur q; id genus ho-
 mines, qui neq; substātiam habent, vt a seruilibus ope-
 ribus procul sīnt, neq; debilitate rursus aut quoquis
 alio impedimēto legitime tenentur, quoniam⁹ labores
 eiusmodi seruiles subire possint, non debeant impune
 circūagari, primū argumentum est a lege diuina. Cu-

ff. qui et
a qđ. L.
prospe-
ximus.

Vagabū
dus.

Deforo
compe.
ff. de iu-
rens.

Vagabū
di lege
diuina p-
hibetur.

ius nos deus initio statim orbis conditi admonitos esse
voluit. Vbi hominē ex amoenissima illa padiso, in qua
(si in iustitia et æquitate perseuerasset) suauissimo contē
plationis ocio frueretur, merito suo ejtiens, in sudore
(inquit) vultus tuivesceris panetuo. Id p̄deinceps sub fi
gura confirmauit: dum in Deuteronomio, ne os bouis
triturantis ligaretur, edixit. Quod (interprete ad corin
thios. Paulo) non tā curam exprimit quā deus habet de
bobus, q̄ φ homines qui in opere sunt et negotio, di
gnisuntquo vescuntur pane. ociosi vero, minime. Id qd̄
et Christus ipse c̄ruator noster in euangelio docuit:
vbi ait, dignum esse opera iū mercede sua: et vbi homi
nes illos in foro stātes ociosos reprehēdit. Quāuis ocio
sit, tē illi excusauerint, q̄ nemo eos cōduceret. Et ad The
salonicenses Paulus. quosdam fratres acerbe redarguit,
q̄ cum ociose et absq̄ negotio essent, atq̄ ideo extra or
dinem, eleemosynas a populo recipiebant. Et concludit,
q̄ qui non laborat, neq̄ māducet. Tametsi nōnulli quā
do non alio eos nomine subnotemus temerarij certe, pa
rūq̄ ad loquēdum circūspecti, illum locum aduersus re
ligiosos mēdicantes interpretari tētauerint. Cum tamē
ibidem Paulus, et alibi frequēter aperte doceat, quantū
iuris habeant qui spiritualia seminant, vt temporalia me
tant. Attamē nō est hic locus digressionis huius; sed ad
propositam conclusionem reuertamur. Mox eadē con
clusio ratione naturali cōprobatur. Qui enim in bonis
non habet vnde viuat, nullum ius habet aliena petendi,
nisi aut artesua, aut quouis alio labore, aut negotio alijs
yicissim seruiat. Vtraq̄ enim ratione deus et natura hu
manis rebus prospexit: dum et diuites esse et pauperes fa
pienter dispositi. Sane, vt diuites effēt velut anima, quæ
corpus regit: pauperes vero, vt corpus qd̄ animæ seruit.
Quippe qui terram colant, artes exerceant, vt sine qui-

Lege na
turali.

bus humana vita transfigi nequit. Deus enim et natura (vt.x. de natura animalium Arist. author est) nihil vñq frustra fecit. Idecirco qui ociosam prodigunt vitā præter legem naturæ viuūt. Vnde vt Seneca. xix. lib. ad Lu. et. iij. de natura deorum Cicero testes sunt, ociosi homines perinde sunt, ac si non essent. Et Demetrius philosophus ociosos homines mare mortum appellat. Adeo vt neq; magnates vlli, qui subditorū vestigia exigit, alio nullo iure possent accipere, nisi ob curā, soleritiam, ac (si opus est) sudores, quos in subditis gubernādis subeūt. Quinetiam et principes (vt Cæsar rerum clarissime gestarū lōgo ysu cōpertum habet: & tu inclyte princeps iā iā experiri per gis) id penitus iuris ac meriti ad tributa habent, quæ sibi a re. pu. pro seruitio conferūtur, q (vt ait ille) tot tantaq; negocia sustineāt ut rem pu. armis tueantur, moribus ornent, ac legibus emendent. Tertia hæc ratio præfatæ cōclusionis est. Ociositas (vt est in Salomone) multam malitiam docuit. Cuius causam alio proverbio explicat. Nam cum desiderijs semper sit prægnās ociosus, quid demū aliud, q malitiā parturiat, et iniquitatem? Primum omnium cōsuetudini aliena petendi annexa confessim est adulatio. Mox verecundia perficitur. Quo tamen freno homines a viciorū præcipicio retinetur. Tertio caro ad libidinem emolescit. Etenim vt poeta illescriptum reliquit. Ocia si tollas, periere cupidinis arcus. Quarto mendicitas vagabundi, furandi magistra est. In summa, cū huic generi perditorū hominū nullū cū hominibus melioris notæ quorū bonis moribus imbuātur; consuetudo sit aut cōmerciū, sit vt christianæ toti⁹ religionis facile obliuiscant̄. Atq; adeo quibus ipsi coloribus semel infecti sūt, inquinare alios et cōtaminare pergunt. Vnde Platoni in de republica / ociositas pestis.

Arist. de
natura
animalium.
Sen. epistola. iiij.
Cic. li.
2. de na-
tura deo-
rum.

Ociosi-
tatis ma-
la.

lentia mortalium est. Quā obrem accuratissime cauit,
vt nemo esset in republica, qui ociosam viueret vitam.
Et inter nostros sanctos Theologos Hieronimus ad
Decōse. dist. s. rusti. (id quod de cōsecra. dist. v. capitulo / nunq/ refer-
tur) hoc nos clypeo aduersus arma diaboli protectos es-
se cōmonefecit, si nunq/ nos ociosos aduersarius ille in-
ueniat. Et Augu. in epistola quadam ad vercellenses.
Aug. ad vercel. Nullus (inquit) fructus ocij: immo magis dispēdium.
Hom. 26 Ociosus Esau amisit primatus benedictionē: quia ma-
luit cibum accipere, q/ querere. Et Chris. super Ioā. Per
uersi facti sumus ocio: non laborare / nos corrumpere
Sene. de clemen. assuevit. Et Sene. lib. de clemētia. Emolit ocium vires:
sicut rubigo ferrum. Fax immota torpet: ignem agita-
ta restituit. Atqui alijs cōpluribus que in sententiā hāc
cumulari facile possent. clarissimis testimonijs, prophē-
ta ille Ezechiel post longam Hierosolimorum execra-
tionem: quo tandem malorum omnium semina pate-
faceret. Ecce (inquit) hec fuit iniqtas Sodomæ sororis
tuæ/ superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium
ipsius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi nō
porrigebant. His alijsq/ huiusmodi testimonijs et
argumētis instructi quotquot rem publicam, aut scrip-
tis præceptis instituerint, aut rebus clare gestis' guber-
narunt, ociosos huiusmodi homines de medio rei pu-
blicæ sublatos esse voluit. Quo circa Arist. vij. eorū lib.
Arist. 7. poli. quos politicos inscrispit, rem publicam in ocium par-
titur et negocium. Atq/ homines ingenio præstantes
(quos liberos vocat) in ocio esse præcipit. Quod est/ a
mechanicis artibus, alijsq/ id genus corporeis laborib/ exēptos. Qui partim ad gubernacula reipublice sedeāt:
partim rei militari præficiantur. Alij literarum contem-
plationi incumbant. Alij deniq/ diuino cultui manci-
pentur, Eis vero, qui corporis poti⁹ robore, q/ ingenio

valent, seruili vulgo, nullum (inquit) ocium dandum
 est: sed in opere semper & negotio teneantur opportet.
 Qua de causa Lacedemonij, bellis efferati hoies (ut
 idem illic Philosopus cōmemorat) plus forte iusto ar-
 mis & rebus bellicis auētūtem exercebant. At Numa
 pōpilius, secundus Romanorum Rex, homo contra
 suopte ingenio religiosus et pacificus, non solum (ut
 L. iūius refert) propter deorum cultum tantam sacrifi-
 ciōrum ac ceremoniarū multitudinem instituit: sed in
 hoc preterea, ne qui armis fuerant assueti, luxuriarent
 ocio animi. ¶ Ad ius ergo cōmune ut descēdam⁹, hāc
 ob rem. Iustinianus imperator legēni tulit. li. C. xj. cui
 titulum fecit/ de mendicantibus validis. Quod ēst/ de
 his, qui cum non modo sani, sed sunt & ad labores sa-
 tis firmi, facta simulataque infirmitate, orbem mendicā
 do peragrant: legitimorum pauperum eleemosynas in
 iuria usurpātes. Qua proinde lege potestas cuiuscūque fit
 & facultas, homines huiusmodi, si seruī sint, manū ca-
 piēdi. Si nō vero sint liberi, perpetuo (inquit) colonatu
 fulciantur. Idem ferme in Autē, de quæstore. colla. vi.
 cauetur. Sane vt quæstori curæ sit, aduenas qui in vr-
 be sunt, qualis quis sit, explorare: quodque negotiū aut
 fortuna eos in vrbem perduxerit: eorū causas, quo faci-
 le expediantur, procurare. Si manere velint, valentesque
 sint & ad laborem sufficiētes, ad laborem compellantur.
 Si seruilia, possessoribus transmittantur. ¶ Hinc
 & peculiares leges regni derivatæ sunt. Neque aliud pro
 genitores celsitudinis tuæ de hac re sanxerunt, quia vt
 iuri cōmuni subscribeberēt. Extat primum inter eas quas
 partita & vocatur: parte. iij. titulo. xx. edictum, quo legi de Lex pti.
 mendicantibus validis subscribitur. Nempe quia huius-
 modi sobeia. ii. verbum legis est & vagabundi a repu-
 blica, veluti hostes, profligātur. Id quod lege alia inter Lex ord.

L. demē.
vali C.
ii, ii.

Autē, de
quæstore
coll. 6.

eras quas ordinamenti appellant, tametsi pluribus ver-
bis, cauet. Lex prima est tituli. xiiiij. lib. viiiij. Biruiescet
anno a nato saluatore. ccclxxxviij. supra millesimum pro
mulgata. Vbi noui aliud detrimetur, praeter ea quae
supra commemorauiimus, refertur, quod res publica a va-
gabundis accipit: videlicet qdum ociosorum hominu-
turba permittitur, agri vacant cultoribus, et artificum
inopia res publica laborat. Quo circa, rigore penae mo-
derato, quae lege de mendicantibus validis vagabun-
dis decernitur, potestas cuiuscunq; fit vagabundi in ser-
uitium proprium cogedi mense integro, absq; vlo stu-
pendio, praeter victu. Aut qd flagris cæsus, ab yrbe exu-
let. Hæc sunt princeps integrissime, quae diuino ac na-
turali iure, ac subinde positivo et communis, et regni pecu-
liari de exigendis vagabundis sanctissime statuta sunt.
Quibus conclusio prima satis (vt existimo) stabilita co-
firmataq; est. Sane qd vagabundi non sunt permitten-
di. vt Cæsar in conuentu apud. Mmatriitu:ano. xxxiiij.
& alibi frequenter puideter edicto publico imperauit.

¶ DE ADVENTIS MENDICAN-
tibus. Cap. iiij.

VBSEQVITVR vt membrum alterum
distinctionis, quam supra fecimus, expeda-
mus. Quod est. Vtrum integrum cuius ho-
minu sit, modo non sit fictus, sed verus pau-
per, patrios limites egredi & quoq; regni mendica-
tum ire. An vero contra possint lege prohiberi atq; in-
tra huiusmodi limites arceri: vt prefatis illis regni peti-
tionibus ad Cæsarem continetur. De quo si lex esset ia
Cæsaris promulgata, vsuq; lo. go recepta, verba facere
metuerem. Tametsi etiam tuc, si expediret, & quissimus
Cæsar et consultissima curia legem mutaret, Nulla enim
iniuria

iniuria legibus sit, si pro temporū qualitate mutantur.
 Atcū lex ista non modo nō sit executioni mandata, ve
 rū si quis senatus illud consultū anni quadragessimi
 inspiciat, neq; sub tenore legis lata sit, nihil alid q; obse
 quiū existimo, si ad celsitudinē tuā qualescunq; huius
 ratiōes referā. **P**rimū omniū petitiones illæ sunt res Res nos
ua.
 noua; de qua nūsq; gentium aut rogata vñq; lex est, aut
 xedita. Neq; temere me hoc vereor affirmare; sed iura
 omnia diuina et humana testimonio fuerint. Id quod
 profecto aduersus inuentū hoc, magnū validissimūq;
 est argumētum. Nā certo credas princeps clarissime, si
 res hæc tā esset ex æquo et bono, atq; isti cēsēt, nunq; tā
 improuida fuisset antiquitas, quæ non de hac re legem
 scripsisset. **C**ū tamen contrarium et ius cōmune, et reg
 ni particulare ad moneat: et ratio naturalis persuadeat:
 et aperte sacra pagina prædicet. In Autētico præfato de
 quæstore, postq; cautū est vt aduenarū causæ et nego-
 tia examinentur, quibus expeditis valentes et firmi aut
 in suā cuiusq; patriā trāsmittātur, aut laboribus manci-
 pentur, exceptio inde sub hæc verba fit. Læsos autē aut
 læsas corpore, aut canicie graues, hos sine molestia esse
 iubemus in hac nostra ciuitate. Nullo prorsus inter in-
 digenas aduenasq; facto discriminine. Cui lex quā hispa-
 ni dicimus ordina. (cuius paulo ante memini) ad ver-
 bū subscribit. Nā postq; præcipit vagabūdos exilio rele-
 gari, eximit inde, nisi fuerint senio graues, aut debiles
 aut valetudinarij: adeo vt de facie coniscere licet, non
 posse corporali se opere, et labore sustentari. Hos nāq;
 absq; villo discriminine siue ciues sint, siue aduenæ, impu-
 ne lex illa mendicare permittit. Quam deinceps legem
Henricus rex apud Taurum edicto nouo ad verbum
 confirmauit. Quare intelligere non valeo quomodo
 ex huiusmodi legibus cōmunitibus, aut regni elici pos-
Autē de
quæst.
Lex ordi-
namēti.

fit, ut mendicantibus fines et lineæ præscribantur, extra
quas non sit eis liberum mendicare. Si quidem nulla
haec tenus ab incolis modo pauperes sint, aduenas dis-
criminauerit: sed tantum inter simulatos factosq; men-
dicos, atq; legitimos vniuersæ distinxerint. Quā ob' re
(si coniūcere licet) et Cæsarea maiestas et eius a consilio
curia. xvij. annos distulit ad huiusmodi suplicationes
certo respondere, vt pote quas nō tam de christiano pe-
ctore erga legitimos pauperes, q; ex facietate mendican-
tium profiscici, suspicio erat. Necq; in cōtrarium obijci
potest responsum ad petitionē. cxvij. in conuentu apud
Matritū anno. xxxiiij. quippe quo de vagabūdis penit⁹
pronūciatū est, vt poena legis plecterent. Qd'autē de le-
gitimis pauperibus Imperator adiecit, vt videlicet suis
cuiusq; diocesisibus procurarentur, clementiam potius
regis, q; rigorem legis præ se fert. Quod autem sub cō-
ditione subiecit, si quibus abūde necessaria prouiderē-
tur, mendicare nō liceret, id sine discriminē aduenæ aut
indigenæ iuste præceptum est. Neq; aliud profecto cu-
ria anno. xi. edicere voluit, nisi q; si certo cōstitisset abū
de omnia pauperibus domi supetere, non permitteren-
tur mendicare. Nunq; tamen legitimis pauperibus de-
creta poena eit vbiq; mendicēti; siue in patria propria
siue in aliena. ¶ Fuerit ergo hic sub peritiorum cēlura
conclusio. Pauperes qui vere egent ex nullo loco regni
expelli possunt: sed perinde vt indigenæ et incolæ aut
permittendi sunt mendicare, aut alia sunt ratione suste-
tandi. Hanc conclusionem pro mei tenuitate ingenij:
quinq; sex ve rationibus asserere possum. Præter testi-
monia quæ de sacris literis subiçiam, Prima est hæc.
Nemo nisi hostis aut insidiator fuerit rei publice, cri-
men ve aliquod aut flagitiū admiserit, ab oppido quo-
cunq; arceri potest, Ratio in prōptu est. Nam cum iure

Conclu-
sio. Veti
pauperes
vbiq; su-
re men-
dicant.

Ratio. I.

naturali et gētiū viæ ciuitatesq; omnib; promiscue pa-
teat, iure vdicūq; libuerit cōmorādi nemo, nisi pro cul-
pa, p̄uari pōt. Vnde exilū inter aceras poenas legis est.
Adeo, vt. L. capitaliū. ff. de pénis, si nō omnino capita
lis, saltē huic proxima cēseat. Et quāuis aduenā ad pro-
priū solū remittere nō sit rigorosū exiliū, est tñ iuris vio-
latio, qua īegrū est cuicūq; vbi voluerit cōmorari. Igi-
tur cū legitiimis pauperib; nullū proſus sit crimē, aut
flagitium mēdicare, nullo certe iure possunt ex oppido
quocūq; eiſci: q diu p̄si illic cōmorari voluerint. Se-
cūda rō forte est eidētior. Principes aut res publica nō
possunt leges de eleemosynis ferre, quibus maiori vin-
culo ciues ad eleemosynas obstringant, q sunt leges na-
turales et euāgelicæ. Verbum ita expono. Disceptatio
est inter Theologos, alijs docentibus nō currere præce-
ptū aut diuinū, aut naturale de eleemosyna sub pecca-
to mortali, nisi in extrema necessitate, alijs vero similiq;
astruētibus, nō solū tūc, sed et ex his quoq; quæ homi-
nibus pro suo cuiusq; statu & cōditione superfluūt, in
graui saltē necessitate, teneri homines sub mortali pec-
cato ad eleemosynas. In qua sententia est etiam, præter
alios. S. Th. At forte etiā in hoc casu, nemo tenetur de
necessitate dare huic, vel huic: aut modo vel alio tépo-
re. Sed satis est si quis de superfluo aliquibus quādoq;
egentibus erogauerit. Huiusmodi legibus Princeps
adiscere nullam potest, nisi q in extrema necessitate po-
test ad eleemosynas sub pœnarum cōminatione cogē-
re. Attamē extra illū casum sub nulla pœna pōt ad ele-
emosynas cogere: q nec lati⁹ præceptū euāgelicū extēdi-
tur, vt sub peccato mortali obliget. Sed nihilomin⁹ ét
illi qui sunt extra extremā et grauē necessitatē ius habēt
mendicandi ad quācunq; aliam necessitatē subleuā-
dā. Quib; misericordiæ virt⁹ et officiū est subuenire,

Nec Cæsar aut curia quando promulgavit, ut pauperes in suo cuiusque territorio alerentur, intenderat ciues compellere ad allendos suos pauperes abunde ne mendicare indigerent: sed solū edixit ut dotes hospitalium a debitoribus exigerentur. Adiecit autem citra præceptum, ut dioecesani atque prætores operā darent, si quo pauperes modo infra proprios lares sustentari possent.

Ratio. 2.

Hinc colligitur secunda hæc ratio. Nemocuiuscumque sit authoritatis, vel potestatis inhibere potest pauperes esedibus proprijs mendicatum exire, nisi ciues lege omnino compellat, ut nō solum tanquam ex misericordia, sed veluti ex debito pauperes pascat, vestiat, ceteraque eis necessaria ministret: quod si arctiori vinculo occluderet pauperes, quod diuitiū bursas aperiret, cogeret miseros extrema pati: sed princeps nō hoc potius rigore ciues cogere, ut medicos alat: saltē nō hacten⁹ fecit: ergo nec potius in proprijs territorijs eos occludere. Quin vero quantumcumque rigorissima lex lata esset ut episcopat⁹ quilibet sub graui pena, suos pauperes aleret, ciues tamen nō omnibus prouideret, pauperes tunc edicto liberi essent: possentque quocumque vellet mendicatum ire. Nam quomodo, præcor, potius lex pauperes prohibere patriam exire, si id nec crime, nec culpa est? Aut quomodo culpa esse potest, si non sibi abunde ne

Ratio. 3.

cessaria pro se suaque familia ministrentur? Tertia ratio, quæ proximā lucidi⁹ explicat, huiusmodi est. Quæ admodum intra moenia eiusdem civitatis alteri diuities, alterique sunt pauperes, & in finibus eiusdem episcopatus alia sunt oppida quæ diuitijs et fortunis affluunt, alia vero quæ in opia et egestate laborant, ita & in toto regno alijs sunt episcopat⁹ prædiuites, neque aut ybi gleba pinguior, terraque fructuum beginnior est, aut genses negotiatione locupletior: alijs vero steriles & pauperes: ergo ut diuities ciues, pauperes eiusdem yrbis: et oppida ditio-

ra, pauperes aliorū locorū eiusdē episcopatū eleemosy-
 nis sustinere debet (vt authores illarū petitionū con-
 tentur) ita et locupletes episcopatus non possunt exclu-
 dere aduenas pauperes steriliū regionum. Collectio
 profecto aperta est. Nam quēadmodum ciuitas et epis-
 copatus, ita et totū regnum vñus est corpus et vna res
 publica: cuius oēs ciuitates mēbra sunt. Cur enim, deus
 si hoc ynq̄ tibi sapiētissime princeps in mēte venit, astu-
 riū finib⁹ ac mótanorū, quos in saxosū illud tenueq̄
 et infrugiferum solum conicerat, opimos campos ac
 pinges subiecit, Toletanumq̄ regnum adiecit, nisi vt
 aliorum inopiam, aliorum fertilitate subleuaret. Nec
 satis est hoc interpretari, quando fames aut alia grauis
 calamitas acciderit: quia non solum extreme indigen-
 tes, sed extra illam patiuntur etiam homines necessita-
 tes: quibus subleuandis ius habent mendicandi. Et in
 regali curia celsitudinis tuæ, vbi tot ducatorum mil-
 lia expenduntur, quomodo non multo plures admittā-
 tur mēdici q̄ in integra alia prouincia. Vbi domus vna
 prælati cuiuslibet, aut magnatis plures pascere mendi-
 cos sufficit, q̄ alij ex ciuib⁹, centū. Qñ miserabiles hu-
 iusmodi homines vt vermes in republica habentur, &
 conculcantur, integrum eis saltem cum formicis sit, ar-
 borum fastigia, victū quārentes, ascendere. ¶ Quod
 autem vnum tātum regnum videbar paulo ante vñū
 corpus æstimare, secundum indulgentiam (quod ait
 Paulus) dicebam. Addiderim nāq; pauperibus vnius
 regni aditum ad regnū alterū lege Christi patere. Nā
 q̄ Apostolus corinthios instruit, nos omnes vnius es-
 se corporis membra, non in angustias vnius regni me-
 taphoram redigit. Sed oēs (inquit) vno spiritu in vñū
 corpus baptizati sumus. Non ergo vnum tantū regnū
 vñū et corpus: verū vno baptismate Christiani vniuer-

1.cor. 12.

B iii

si in vnum corpus regeneramur ut singuli inuicem
simus , vnius alius , membra: vsibus officijsq; diuer-
sis distributa . Ut enim in fabulis est græcorum q;
claudum cæcus humeris importabat , vt viciissim clau-
dus cæci gressum dirigeret , ita & inter christianos qui
ingenio præstant , ignorantium oculi esse debent: qui
vero corporis robore & viribus valent , debilium sunt
matius ac pedes oportet: sed diuites qui substantiam
habent huius mundi , stomaci vicem erga pauperes ge-
rere tenentur . Ut omnium sit demum caput , christus .

Aadro. 10. Neq; Paulo secundum euangelium distinctio est in
Christo Iudæi & Græci: nam idem dominus omniū.
Quin immo si altius res ad ius naturæ referatur , ge-
nus hominum adeo suapte natura aristissimo sunt
vinculo coniuncti , vt , nisi hostes nobis essent , ali
quodue ab illis fidei detrimentum timeremus , neq;
infideles mendicos e nostra republica eis cere fas esset .

Ratio. 4. **I**Quarta ratio huiusmodi est . Præterq; q; aliæ re-
gni prouinciarum bonorum ac fortunarum q; alie am-
plius abundant , sunt etiam gentes alijs aliæ in pau-
peres clementiores : aliæ vero nescio qua auaritia ac po-
tiis crudelitate eleemosynarum tenacissimæ . Et cum
homines ad eleemosynas constringi alia quam su-
pra diximus ratione non possint , crudeliter cum pau-
peribus actum esset , nisi potestas misericordia facta esset
vt ab una se in aliam prouinciam conferent . Adde
q; infirmi , aut valetudinarij pauperes sacerdxijs ne-
cessere habent propter aeris inclemenciam regionem pe-
tere , vbi salubrius refrigerentur . Et potest idem pau-
per assiduitate & frequentia mendicandi facietatem
facere incolis eiusdem vrbis , aut alia quauis forte de
causa molestus esse: quapropter compulsus fuerit so-
lum mutare . Adde , q; forte iniuiticos illic habet , aliam

ve occasionem peccandi , vel aliquid admiserit , vnde supplicium metuit. Quibus de causis necessarium habet , aut trans fugam alibi , aut exulem esse . Nec compelli iure potest , vt ratione reddat desertae patræ , magis , q̄ si diues esset . Ratio. 5. Quinta ratio a iure fuit auctoritate hospitalitatis . Quæquidē , nulla fuit nunq̄ in antiquitate natio , aut res publica , apud quā non in magno prætio fuerit habita : atq; omni religione culta . Hospitalitatē enim Plato tertiam partē amicitiae faciebat . Hac Theophrastus (Cicerone.lib. offi. primo referente) summis laudibus efferebat . Adeo , vt iouem suū gentilitas quē deorum optimum maximūq; collebat , hospitalem , honoris gratia nuncuparēt . Quo nomine templa Ioui a rasq; erexerunt . Videlicet q̄ iudex esset vindicatorq; acerrimus violati iuris hospitum . Atqui ne ex gētibus testimonia petamus , Paulus Hebreis hospitalitatem (inquit) nolite obliuisci . Per hanc enim latuerunt quidā , angelis hospitio receptis . Alludit ad hospitiū , quo et Abraam et Loth angelos exceperunt . Quo merito Loth cum familia subuersiōnem sodomorum evasit . Tanto ergo honore deus hospitalitatem dignatus est , vt angelos ad terras miserit , vbi hospitalitatis beneficium reciperent . Et Raab illa meretrice Iherico propter hospitalitatis officium a cede et præda ciuitatis liberata est . Vnde et multi sunt canones quibus hospites christianorum fidei committuntur . Igitur si hospitalitatis officium adeo fuit semper celebratum , quibus rogo maiori cū laude & merito christiani se posse sunt hospitales exhibere , q̄ egenis et mendicis . Hospitalitas autem non tam erga incolas ac ciues nostros , q̄ erga aduenas et peregrinos exercetur . Nam quāuis officium etiam sit , egentem quemlibet tecto suscipere

Plato.

Ciceron.
lib. i. offi.
v.

Hebr. 13.

hospitalitatis tamen nomine aduenas proprie designat.

Et vero quo postremo conclusionem hanc sacrorum testimonijs confirmemus, nusquam scripturam discrimen vnum inter indigenas et aduenas (modo pauperes sint) factum esse legimus. Quin potius aequo iure et momen-
Exo. 23. to commendat nobis ubique sacrum eloquium aduenas pauperes, atque indigenas. Primus exodi. xxiiij. Peregrino (inquit deus) molestus non eris scitis enim aduenarum animas: quia et ipsi peregrini fuistis in terra egypti.

Leu. 23. Et leuitici. xxiiij. Postquam mesueritis segetem terrae vestre, non secabitis eam usque ad solum: nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Et Deuteronomi. x. Deus amat peregrinum,

Den. 10. et dat ei victum atque vestitum: & vos ergo amate peregrinum. Et Paulo inferius capite. xiiij. Peregrino qui intra portas tuas est, da ut comedat, aut vide ei. Primus quidem, si fuerit pauper: alterum vero, si unde emat habuerit. Et quod omnium maximum est, inter ea de quibus nos Christus seruator noster admonuit exacturum esse rationem, viii. non, neque in postremis est, si cum hospes erat et tecum carens, hospitio eum exceperimus. Respondent ergo mihi quæsio qui aduenas pauperes abigunt, si et vagabundos profligamus, neque alienigenis pauperibus hospitales sumus, quinam reliqui sunt, quos erga possimus hanc misericordiam exercere. Nisi eos forte dixerint, diuites inque homines et illustres, qui apud pares alios hospitantur. Hos verum tam (tametsi et hoc officium sit) non eos existimo esse, quos christus designauit, ubi inter alias pauperum eleemosynas, & hospitalitatem quoque conumerabat. Arbitror ergo, nisi mea fallit opinio, ius esse pauperum quocumque regni me dicatum procedere. Nec satis est, dies binos, aut ternos substineri in yrbe, si diutius illis cōmorari libuerit.

Conclusio.

¶ QVO OBJECTIONIBVS

respondetur. Cap. v.

NE^Q vilam vnq^o, quæ huic aduersetur, legem
vidi. Nisi pro lege habeatur, quod flandriæ
modo apud Hiprum institutu audio. Vbi
inter alias constitutiones, prouidenter qui-
dem et christiane institutas, decretum erat est, ne alie-
nigenis pauperibus vrbs pateat. At non omne exem-
plum pro lege habendum est. Aiunt Parisienses patres
decretum subsignasse. Idquod profecto nunq^o credā.
Hoc enim tantum probare potuerunt, q^o non teneren-
tur omnibus prouidere. Quod tamen in urbem non
admitterentur, nulla id ratione Parisienses, aut quiuis
sacrarum scripturarum, iuris ve prudentes affirmare.
potuissent. ¶ Qd^o autē omniū maximū testimoniū p-
seafferre possent, qui asserunt pauperes intra natales
limites lege contineri posse, est ex concilio Turonensi
secundo sub Pelagio primo, annis hinc ferme mille ce-
lebrato. Cuius in cap.v. verba sunt hæc [Vt ynaquæq^o
ciuitas pauperes et egenos incolas alimentis congruen-
tibus pascat secundum vires, vt tā vicini præbiteri, q^o ci-
ues omnes suum pauperem pascat, quo fiet, vt ipsi pau-
peres per ciuitates alienas non fatigentur.] Hoc verun-
tamen æquissimum ac sanctissimum decretum nobis
potius, q^o aduersæ opinioni manifeste suffragatur. Hic
nāq^o nulla sit prohibitio pauperibus, quominus quo-
cunq^o libere possint mendicatum exire. Sed in fauore
pauperū admonet vnaquæq^o ciuitas suos incolas pau-
peres sustentare. Quo fiet (inquit) vt pauperes per alie-
nas ciuitates non fatigentur. Et præterea neq^o verba no-
ni præceptis sūt positiui, vt vna quæq^o ciuitas suos inco-
lās congruenter sustineat. Sed solum admonentur iux-
ta veritatem euangelicam, ita se gerant erga pauperes,

Cōciliū
Turonē-
fe.

Ciprius
nus.

yt non cogant miseros aliunde victum queritare. Erat enim tunc usq; adeo erga pauperes, et in prælatis cura, et in subditis charitas, et in omnibus begininitas, vt no solum medicis nulla esset necessitas, in alienas exequi, sed certe neq; in propria patria medicandi. Nisi forsan ta pauper esset ciuitas, vt suis mendicis non sufficeret. Quod tu apud alios frequenter, tum etiam apud Cipriani legimus. Cuius verba sunt libro. i. epistola. x. Quod si illic ecclesia (loquebatur enim de paupere ciuitate) non sufficit, vt laborantibus præstentur alimeta, poterunt se ad nos transferre, vt victim hic et vestitum accipere possint. Et lib. iiij. epistola. x. Habeat interim quantum potest pauperum cura, vt his ad tolleradam penuriam sumptus per vestram diligentiam suggerat. Et epistola. xxvij. Infirorum et omnium pauperum curam peto diligenter habeatis: sed et peregrinis, si qui indigentes fuerint, sumptus suggeratis de quantitate mea propria. Quæquætitas, ne forte iam vniuersa erogatasit, missi alia portionem, vt larguis et proptius et ga laborantes fiat operatio. Sed de hoc latius infra. Hæc enim solum attulli, vt ostenderem, qua ratione primiuæ ecclesia, sanguine adhuc Christi madens et furens, operam dabat, yt pauperes non peregrinarentur apud alienos. Non enim ullis eos limitibus, aut prohibitionibus, ne exirent, sepiebat. Sed ita eorum necessitatibus prouidebat, ne compellerentur exire. Quo circa mirari satis nequeo, quomodo a Cæsare petitum sit, ut literas apostolicas impetraret, ne pauperes possent extra natale solum mendicare. Nam quomodo Pontifex huiusmodi literas cõcessisset, nisi arctissimo præcepto et Pótifex et Imperator quancūq; ciuitatē adeo obligaret ad alendos pauperes, vt posseint, etiam per prætores sicuti ad reliqua tributa, cogi ad pauperum cons

gruētia alimenta vestitūq; et reliq; necessaria eroganda.
 Ut paulo ante dicebam⁹. Quæ quidē lex (vt illic itē insi
 nuabā) nec forte iuste ferri, nec comode executioni má
 dari posset. Sed de hoc lati⁹ adhuc infra. ¶ Rōnes aut̄
 quæ authorib⁹ illarū petitionū in animū inducerent,
 nihil alid q̄ æqtatē petere, hæ ferme esse poterāt. Primū
 causari possent, nullā prouinciā alijs pauperib⁹ teneri;
 sed suis vnā quālibet tñ debere. Alias pauperū sarcina
 in hāc plusq; in aliā inique propēderet. At ratio hæc bi-
 fariā diluit. Primū dam⁹ nullā puinciā (vt ex his quæ
 pr̄fati sum⁹ colligitur) pauperib⁹ alteri⁹ præcepti vin-
 culo teneri; q; nemo citra extremā necessitatē perēti lar-
 giri cogit. Nō tñ ptinus consequif, vt possit mēdicus
 limine arceri: quomin⁹ ius habeat, salua cuiusvis liber-
 tate) et vbi cūq; et a quo cūq; postulandi: ac prece quēli-
 bet ad misericordiā cōmouendi. Præterea in q̄ p̄uincti
 plures sūt diuites, eo iure quo vberi⁹ eis deus ac copio-
 si⁹ bona fortunæ distribuit, largiores etiā eleemosynas
 Christi pauperib⁹, cuius cuncq; sint gētis, debēt. Alias
 cū deus sit omniū dominus, nō puidenter vitæ huma-
 næ prospexisset. ¶ At replicet quis forte, charitatis mo-
 do et ordine, plus nos eis, priusq; teneri, quibus cū san-
 guine, aut alia necessitudine cōiuncti sum⁹, atq; adeo
 cīnibus nīris, q̄ alienis. Id qd Paul⁹ Galatas edocebat.
 vbi ait. Dū tēpushabem⁹, aperemur bonū ad oēs: maxi-
 me aut ad domesticos fidei. Huic verūtamē respōdef.
 Prītāū q̄ Paulus nō solū erga domesticos nō admo-
 net esse beneficos: sed erga oēs cuiuscūq; sint nationis
 aut cōditionis. Id aut solū docet, q̄ vbi facultas áplior
 nō suppetit, ab iis qui sūt nobis p̄pinqiōres exordia-
 mur. Præterea respondef, id qd attētius in hoc loco ad
 notandū est. Nēpe qd aliud est quēcunq; áplius teneri
 suis, q̄ alienis (qd dūtaxat docet Paul⁹) lōge vero alid

Obiec-
tiones.

Gal. 6.

¶ alieni & exteri iure suo priuentur quod habent pe-
tendi eleemosynas a quocunq; mortalium, præsertim
inter christianos. Quod reueranunq; est licitum. For-
tasse durciuitas in extrema egestate et fame constitu-
ta, sibi non posset sufficere, ius haberet arcédi aduenas
propter extremā, quam patitur, inopiam. Tametsi pro-
fecto vix tum téporis id potuisse consulere. Quinim
mo, famis calamitate in totum regnum ingruente, qui
cunq; habet ius exquirendi victimū vbi cunq; inuenire
potuerit. Sed satis eslet tūc populum admonere, vt qui
non omnibus possent, suis prius succurreret. Altera ra-
tio quæ ad persuadendam huiusmodi petitionem af-
fertur, est, ¶ sint qui habentes in bonis vnde viuant,
dum in alienam se transferunt prouinciam, paupertatē
simulāt: atq; adeo fraude eleemosynas surripiunt, quæ
possent in incolis legitimisq; pauperibus melius collo-
cari. Et præterea contagiosos morbos ac pestes ab una
regione in aliam traducunt. Aliaq; his similia inconve-
nientia in præfatis petitionibus referuntur. Fateor (id
quod compertissimum est) nullum esse hominum sta-
tum aut ordinem, vbi nō sint boni, et mali, probi et im-
probi, vt paulo post suo loco sum latius dicturus. Atta-
men quando status et conditio genere suo licitus est,
ita sunt mali plectédi, vt nulla statui irrogetur iniuria.
Cum ergo pauperum conditio, eorum etiam qui adue-
næ sunt et peregrini, inter nos licita sit, satis fuerit si
quoties facti pauperes compræhendantur, poenas luant.
Veluti in alijs quibuscūq; hominum ordinibus lege et
more fit. Neq; sūt propterea aduenæ pauperes penitus
extirpāti. Id præsertim, ¶ qui domi substantiam habé-
tes, alio se transferunt vt mendicitatem mentiantur,
adeo rari sunt, vt nulla cis propter numerū opus sit le-
ge. Neq; est ¶ a mendicatibus timeatur, vt proptereo-

rum multitudinē villa vñq̄ prouincia , aut certe ciuitas minus in bonis habeat. Quod vero de pestiū cōtagione causatur, non sunt peregrini, qui huiusmodi pestes frequenter transmittunt. Sed turba pauperum ybitūq; est, etiā incolarum, solet nōnunq; in causa esse morborum ac pestium. Neq; occurrit quodnam præterea argumētū aduersus aduenas et peregrinos, qui sint tamē legitimi pauperes, obiscere quisq; v̄l probabili poterit.

¶ DE PEREGRINIS AD DIVVM

Iacobum. Cap. vi.

RTICVL O huic proximo ille appendet qui est de peregrinis ad diuum Iacobū. Qui est, vt nec longā morā trahant, nec a recto itihere vltra duodecim millia passuum declinēt. De quo, ne omnia dicendo contaminare videar, non multa volo verba prodigeres; sed pauca hæc admonuisse, sat erit. Primum q; cum peregrinatio opus honestū sit ac religiosum: neq; omnium certe postremum, quæ ad diuinum cultum attinent, non decet propter vnum aut alterum, qui forte sub habitu peregrini vagabundum agit, quicq; decernere, quod in odium esse peregrinationis videatur. Id precipue q; peregrini, alienigenæ sunt: qui ab exteris regionibus plurimū religionis gratia ad nos veniunt. Obidq; possemus inde alijs regnis scandalum dare, q; præscripta, & yndiq; septa semina peregrinos constringimus, veluti pecus, incedere. Adeo itineris sterilitatem: vbi vix posset tanta peregrinorum frequentia, vel panerefici. Qui tamen nre, et hospitalitatis et religionis lautius ac benignius deberent apud nos recreari. Præterea sunt et in visceribus regni stationes aliæ, ad quas religio etiā est diuertere. Quintiā siquos vel curiā celsitudinis tuæ, vel yrbes aliquas

Peregrinatio.

principes regni visendi cupido subiret, nunquid in urbani ac propemodū inhumanū esset, vias eis vel eleemosynas interdicere. Crediderim proculdubio violati iurisgentiū aduersus nos ageret tūc possent. Tametsi liceret eis tūc tēpus præfinire, quo in patriā remearēt. Neq; aliud existimō curiā pñūciasse, nisi q; qui vñ incuria vel alibi regni longā morā sub habitu peregrinorū facerēt, ad sedes suas trāsmitterētur. Iuxta tenore. Autē. de quæstore. Nā iā tūc veluti vagabūdi sunt iudicādi. De qbus tātū Cæsarea maiestas apud. Matritū anno. xxxiiij. edixit, vt a curia pellerent. Hæc sunt Princeps omniū integrime quæ de prima pte huius qualiscūq; disputationis prolatu digna visa sunt. Vbi discutere p̄ posuerā quid per leges circa pauperes cōstitui liceat, qd ue neutiq; sit licitū. Atqui animus erat p̄suadere (nescio an p̄stiterim) qd id dū taxat inter pauperes discernēdū est, sint ne legitimi pauperes, an vero ficti & simulati.

Epiolog⁹. Quorū inter neutros ampli⁹ distingere iure licet, sint ne indigenæ et incolæ, an alienigenæ & aduenæ. Sed si legitimi fuerint, tā aduenis q; peregrinis ius est promiscue mendicandi. Id tamen ordo charitatis exposcit, vt qui non omnibus possunt, ceteris paribus, incolis prius eleemosynas conferant. Dum modo alij iure mendicandi non expolientur. Qui vero contra pseudopauperes fuerint, tā indigenæ q; alienigenæ, sūt tanq; ocio si exterminandi.

¶ DE FINE QVO RATIO PAUPERUM referenda est. Cap. vij.

SECVa
da pars.



EMBRVM alterum deliberationis huius est, corum quæ lege erga pauperes constitue re et exequi licitum est, rationē modūq; discutere, quo melius fiant, ad christiananq; pre-

Sex arti
cali.

ligionem proprius accedant. Sex articulis supra comple-
xi sumus, quae erga pauperes constituenda circumferuntur.
Primum, ut nemo anteque de eius inopia legitimo exame-
nante constituerit, mendicet. Alter, ut nemo, nisi in solo na-
tali mendicet. Tertius necuī id liceat sine chirographo.
Quartus, ut ne chirographa nisi sacramento confessis
concedantur. Quintus est de peregrinis ad diuum Ia-
cobicum. Sextus (qui omnium celeberrimus est) ne pau-
peres hostiatim per viacos mendicare sinatur. De secundo
quidem et quinto copiosius (ut reor) dictum est, quod ut eos
iterum opus sit in disputationem repetere. Primus autem
qui ad examen attinet, juris habet autoritatem. ut capia-
te tertio late patuit. Sed id modo in dubium reuocatur,
quod huiusmodi examen fieri debeat exacte. Cui proinde
tertium quartus articulos insertos esse oportet.
Ut tandem sexto postremus locus relinquatur. Finis.
¶ Primum omnium statuedius finis est, quo ratio omnis et
officium erga pauperes referri debent. Id quod Aristoteles
frequenter admonet. Ait enim Ethico. viij. quod ut in omni
actu, ita et in consilio primum omnium est finis. Qui
(ut lib. primo admonuerat) est in omni prudetia et pro-
uidetia velut sagittatoris album, quo sagittam dirigit.
Vnde lib. v. colligit de fine aestimanda esse media. Ne-
pe ut qualis sit finis, talia censeantur media. Quod Ci-
cero inde inventione significatius ait, fine primum pos-
nendum esse, quo omne officium referatur. At qui in
presentiarum procul primum absit, ut petitiones istae,
institutiones, ac rationes denique pauperum ex facietate
& nausea perficiantur, quam fastidiosis qui busdā huius
culi hominibus, suo aspectu & improbitate facere solent
mendicis. Nam quis preterconsultissimum equissimumque regium
senatum, cui nulla nisi sancta intentio, ac zelus euangelicus
inesset potuit, ut ad id quod tam improbe flagitabatur

Arist. 7.
Ethi.

Cicer.

providenter respoderet, illi etiam (quos ego nouerim) qui negocium hoc et prouintiam gerunt, animū habere nullaten⁹ possunt, nisi misericordia ac pietate plenū, quo legitimis pauperibus ac fame pereuntibus melius consulant, horum nihilominus verba constitutionum certe nequeunt suspiciosis scrupulum non iniucere, suis se inter primos inuentores forte aliquos (ne omnes in culpa & suspicione ponamus) qui non tam vt eleemosynas melius collocarent, q̄ vt mendicantium turbam et molestiam ex se excuterent, tam sanctas constitutiones molirentur. Profecto si miserum hunc statum & ordinem pauperum tot legibus circuoseptum Ambrosius, aut certe Chrysostomus audiret: nempe vt non, nisi diligenter examinati, & confessi prius, & cum chirographo, & intra natales limites, ac deniq̄ domi clausi exiguam tandem stipem reciperent qua vix vitam transfigere valent, nihil aliud, q̄ in odium huius miserandæ gentis leges has censeret inuentas. Et quādo nō odiū nos dicamus, saltem neq; pectus & viscera quibus paternos pauperum Christus erga suos pauperes filios esse voluit, præse ferunt. Quāputas inclyte ac celeberrime princeps cauendum est, ne nomen mendicorū pauperum odio sit christianis, ne vilipendio id ludibrioḡ habeat: illi plane ipsi qui illud modo despectui habēt, in tremēda illa die (vt est in libro sapiē.) perterriti timore horribili: & admirati in subitatione insperatæ salutis: nimirum quando diuitum pauperūq; sortes ac vires tam viderint diuerse mutatas: tunc gementes (inquit) præ angustia & intra se pœnitētiā agentes his verbis confitebuntur. Hi sunt quos habuimus aliquādo in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & fine illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios

ter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Reuera
 quādo non alio nomine pauperum ordo christianis
 cōmendatus esset; ac nomē hoc honorificum atq; amā
 tissimū haberetur, q̄ q̄ Christus liberator noster (qui
 non nisi optimum n. ḡrtalium ordinem optasse credē-
 dus est) ordinem & cōditionem pauperis elegit, abun-
 de nomen hoc gloriosum fuisse. Adde q̄ apud eum
 nusq̄ sacræ scripturæ bene audiunt diuites. Cui tamē
 totum euangeliū fauoribus priuilegijs atq; cōmenda-
 tionibus pauperum sit frequentissimum. Non q̄ prin-
 cipum status et ordo, aliorūq; præterea qui sunt in di-
 gnitate aliqua et potestate constituti, non sit euágelio
 probatissimus. Nam cū omnis potestas (doctore Pau-
 lo) a domino deo sit, in sūmo eos honore et precio ha-
 beri æquissimum est. Attamen diuitiarum abundan-
 tiā ac bonorum quæ a fortuna sunt, nusq̄ yti pauper
 tamē honore dignatus est Christus. Nam vt regiū psal-
 mistam prætermittamus, qui in hoc Christū venturi
 vbiq; prænunciat, vt iudicet pauperes populi & saluos
 faciat filios pauperū. Et ne patientia pauperum pereat,
 sed desiderium eorum exaudiatur. Christus feruator no-
 ster exordium prædicationis inde sumpsit, vt illorum
 errorem contunderet, qui in bonis amplissimis ac for-
 tunis felicitatem constituebant. Beati enī inquit pa-
 peres spiritu: quoniam ipsorum est regnum coelorum.
 Neq; vero eos tantū spiritu pauperes appellat, qui reli-
 gionis voto paupertatē libere profitent, sed eos præte-
 rea, qui egestatē et mendicitatē æquo animo ferūt. Et
 de plebe eos pauperū leuavit, quos in principes orbis
 ac legis pmulgatores instituit. Et ne vniuersa narrādo
 fastidio fuerim, nunq̄ Christus cū dñitib⁹ pauperes,
 nisi in honorē pauperum, contulit. Adeo nācete ecclē-
 sia apostolis, a Christo ita institutis, in precio fuere pau-

Rom. 13.

Psal. 71.

ps. 9.

C

Jacob. 2. peres, ut Iacobus scriptum reliquerit, q̄ si introierit in conuentum nostrum vir aureum annulum habens, in ueste cädida, introierit autem et pauper in sordido ha-bitu, nō potius diuiti, q̄ pauperi assurgamus. Alias in-quit acceptatores essemus psonarū. Instituebant enim apostoli christianos, vt, præter eos qui in dignitate sūt constituti, de solo virtutis merito perso nas expendere-mus, et x̄stimate remus. Ut pote cuius tantum respectus tunc habēdus est, quando coœdia huius mundi per acta, et his, quæ apparent, personis depositis, meritorū veritas reuelabitur. Quo sublimius pauperum sortem extollamus? Cum deus ex testimonio David bonorū nostrorum nō indigeret, mirabilem excogitauit artem qua diuitum egeret subsidio. Nō enim satis dicere ha-buit, qd' vni de his fratribus meis minimis fecistis, pro me fecistis, et ego retribuiā (tametsi hoc verbo egregie eleemosynas comendasset) sed, qd' vni (inquit) ex his fratrib⁹ minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ego ille, n. sum famelicus, quē cibastis: et, quē vestistis, nudus: & quē hospitē excepistis. Neq; id solū in hoc mundo, vbi diuina maiestas personam pauperis induere dignaba-tur: sed in sua illa die, qua maiestatem immensam cui etis coelestium, terrestrium, et infernorum ordinibus manifeste demonstrabit, tunc (inq) confiteri non dedi-gnabitur, egenum se et mendicum apud nos egisse. Boni consule Princeps omnibus virtutum ornamenti-cumulatissime, si fuerim tantisper digressus, vt pauperum nomen celebrarem. Quod magnopere ad præ-sens institutum iudicauerim conferre. ¶ Vt autem eo reuerteramur, vnde digressi sumus, nec satis equidē fue-rit, si id pro fine huic negotio præstituā, q̄ exactis va-gabūdis, eleemosynarum onere res publica subleueſ. Non enim huius tantummodo gratia tātam necessariū

Mat. 25.

est operam dari, tot creari ministros, tāq; multis legibus instructos. Nam sunt in republica, qui per contra cūtis min⁹ licitos, & præterea qui fraude et dolo alienā substantiā multoq; ampliorē sufficiant: aduers⁹ quos tamē nullæ huiusmodi machinæ intendunt. Quin ad diderim vero, q; nisi hac rōne eleemosynæ, quæ vagabundis auferuntur, legitimis pauperibus integræ accresceret: atq; adeo pauperū ordo vagabūdis expurgatus in precio maiori haberetur, amplioribusq; cumulat⁹ eleemosynis, clānum potius, vagabūdis depulsis, acciperent diuites, q; cōmodū. Etenim quantas nūnc cūq; eleemosynas faciunt, iustum numerum earum non cōplent, quas facere tenētur. Si ergo nihil aliud res publi ca his cōstitutionibus exequitur, q; vt eleemosynæ mi nuātur, melius plane multo esset, si quos misericordia in pauperes emollire nō sufficit, nō solū improbitas legitimorū mendicantū vincat, sed & simulatorū astuta decipiāt. ¶ At nec satis iustus officij huius finis est mores pauperum emendare. Nam et ipsi profecto, si facultas adesset, plura in nobis forte, quæ corrigerēt, inueniret. Et satis præterea est (vt paulo inferius latius dicturus sum) si diuitū prælati tā sacerdtales, q; ecclesiastici hāc etiā erga pauperes curam susciperent. Tametsi nō reprobauerim, si procuratores pauperū in temporalibus, quasi aliud agentes, eorum etiam mores respexerint. ¶ Finis ergo & scopus horū, quæ erga pauperes adornātur officia, is præstituēdus est, vt veris pauperibus per eleemosynas melius consulatur: nempe vt temporalia subsidia ampliora recipiant: atq; eleemosynæ non solum non decrescant, sed hac potius ratione augeantur. Adquē proinde finem sunt omnia instituta punctim referenda: et quæ huic obtinendo magis con ducunt, ea sunt potissimum eligenda et exequenda.

FINIS
constitu
tionum
pauper.

D E OBLIGATIONE Q V A C H R I S T I A
ni ad eleemosynas tenentur. Cap. viij.

OC Veluti scopo ante oculos posito, id de
inceps præmonere est operæ preciū, q̄ ele-
mosynas quas in pauperū subsidiū confe-
runt, nō tā ex propriis bonis elargiunt diui-
tes, q̄ vulgus sibi hominū persuasit. Sūt enim longe q̄
existimat maiori obligatione pauperibus debitæ. De
nāq̄ omnium prouidetissimus, cui curæ est nō solum
iumentis fœnum producere, sed fœnū ipsum quod ho-
die est, & cras in clibanum mittitur, liliac̄ agri ita pul-
chrev estire, vt nec Salomō in omni gloria sua ita fu-
rit vestitus, nunq̄ adeo humani generis fuisset neglig-
ēs, vt inter deditissimos homines, pauperes perinde sub-
sidio destitutos reliq̄set, atq̄ inter christianos modo
vñi venire coperimus. Quo circa in hoc diuites bonis
affluere prouidit (nisi id in perniciē possidentiū qñq̄
permittat) nō vt superfluerent, sed certe vt in pauperes
& egentes, qd̄ redundaret, efflueret. Neq̄ id ita absq;
altissimo consilio disposuit, sed vt humanū genus ar-
ctiori necessitudine ac veluti charitatis nodo connecte-
ret, videlicet vt veluti corporis mēbra essent: quæ ideo
se suapte natura tā chare diligūt, vt alterum alterius vi-
caria opera sustineātur. Atq̄ adeo cognosceret eūdem
esse et diuitū et pauperum dominū atq̄ patrē. Quan-
doquidem diuites, pauperum dispensatores instituis-
set. Veluti in rebus natura constatibus, ob hoc deus et
natura cœlestibus lationibus terram subiectam esse vo-
luit, vt virtus eius inde ab illis disp̄faretur. Vnde theo-
logi hoc in testimoniu m vniuersitatem pótissimum afferunt
argumentum, q̄ orbis partes vniuersitatem adeo se amabi-
llissimo amicitiae complexu innicem continent, vt nisi
ab eodem essent principio, tā se chare nunq̄ diligerent.

Quo circa Ioanni apostolo, summo secundum Christū
dilectionis magistro, certo certius est, q̄ qui habet sub-
stantiam huius mundi, et videt fratrem suum necesse
habere, neutiq̄ esse potest in charitate. ¶ Vnde. S.Th. 22.q.32.
ar.5.
sapiēter quidem colligit, non solum, vt extreme egenti-
bus eleemosyna fiat, in præcepto esse, quod Ambrosi⁹
(vt est in decretis dis.lxxxvi.) admonet dicens. Pasce fa-
memoriente: si nō pauiisti occidisti; verū etiam addit
doctor sanctus, q̄ homines ex his quæ pro suo cuiuscq̄
statu abundantius habent, tenentur eleemosynas fa-
cere. Collectio est manifesta. Si enim proximos secun-
dum euāgelium, vti nos ipsos diligere tenemur, et qui
habens substantiam huius mundi videntq̄ fratré suū
necessē habere, testante apostolo, fratrem non diligit
(quia non est in charitate) huiusmodi homo legis reus
est: atq̄ adeo mortaliter delinquit: cū hoc solo peccato
amittat̄ charitas. Neq; potest quis eo colore tergiuer-
sari, q̄ Ioānes loquāt̄ quando frater est in extrema ne-
cessitate. Et enim si hanc tantum necessitatem insinua-
ret, non adieceret: si quis habens substantiā huius mū-
di. Nā huiusmodi necessitati extremæ is etiam qui nō
habet substantiā, idest bonorum abundantiam, tenet
quo potest modo succurrere. Diuites ergo homines ex
tra extremam necessitatē sub præcepto nōnunq; ad ele-
mosynas tenentur. ¶ Id quod diuino præterea testi-
monio corroborat: quod est apud Lūc. Vbi dū Chri- Luc.3.
stus quosdam increpasset, q̄ nullū ferrent virtutis fru-
ctum, ac proinde tanq̄ sterilis arbor essent succidēdi &
in ignem mittendi, percontantibus eorū nōnullis qua-
se maxima ratione aduersus hoc periculū cōmunirent,
respondet, q̄ qui habet duas tunicas det vnam non ha-
benti: et qui habet escas, similiter faciat. Ecce nulla hic
mentio extremæ necessitatis sit. Sed quo se quisq; a ge-

P18

hena ignis afferat (quo tamen nemo, nisi propter peccatum mortale præcipitabit) ut bona sua cum pauperibus cōmunicet, iubetur. Necque magna copia diuinarum requiritur. At, qui habet (inquit) duas tunicas, det unam non habeti. Sane quod ad vitam abundat, una tunica est: qui vero amplius habet, impartiri egestibus iubetur. Theologi scholastici ne diuites vehementer perterrefacere videantur, multa cōminiscuntur, anteque sub peccato mortali homines ad eleemosynas obligentur. Népe quod habeant superfluum: quod pauperes grauiter indigeant: aliaque huiusmodi. Id quod nec ego modo cōstrictius & (quod aiunt) scrupulosius definiire intendo. Quia neque rem scholastice dispuco. At ubi sanctos patres attentus lego, existimo, quod neque in pauperibus tam graue necessitatem, neque in diuitiis tantam super statum redundantiam desiderabant, ut sub peccato mortali eleemosynas exigerent. Immo vix forte credebat esse hominem, si pauper ipse non esset, qui non aliquid haberet, quod erogare teneretur. Cui enim non superfluum militare, centum forte super sunt: quod si non centum, saltus decem. In summa quis est qui non possit aliquam citra detrimentum domus suæ opem ferre pauperibꝫ? Vnde Ambro. sup. Luc: quod est in can. in singulis dist. lxxxvi. Misericordia (inquit) cōmuni est vestris: & ideo cōmune præceptum est omnibus. Non miles excipitur: non agricola, vel Urbanus. Dives et pauper oes in cōmuni admonetur, ut conferant non habenti misericordia. non plenitudo virtutum est: et ideo omnibus est præposita prefecta forma virtutis. Hacten Amb. Atqui quas nos miserorum penurias, & qui bus affligunt, calamitates, leues cestimamus, non possumus non vehementer timere, futurum esse, ut in die iudicij eas fuisse cōstet, quibus succurrere tenebamur. Hinc certe idiomam illud sanctorum patrum dimanauit, quo auar-

Dist. 86.
in singulis.

...
n. plenitudo virtutum est:
et ideo omnibus est præposita prefecta forma virtutis. Hacten Amb. Atqui quas nos miserorum penurias, & qui bus affligunt, calamitates, leues cestimamus, non possumus non vehementer timere, futurum esse, ut in die iudicij eas fuisse cōstet, quibus succurrere tenebamur. Hinc certe idiomam illud sanctorum patrum dimanauit, quo auar-

360
tia ac tenacitatē diuitū in pauperes nihil minus; q̄ furtū
& rapinā appellat. Verba Hieronymi sunt in cano, ho-
spitalē. xlj. dist. Aliena rapere cōuincit, qui vltra neces-
faria sibi retinere probat. Et Ambro. sup. luci inter expo-
nendum parabolā illā diuitis, qui cogitās apud se quo-
mō fructus, nō erogaret, sed cōgregaret, subito animā
dedit, a ceteriora adhuc adiūcit verba. Quæ sunt in ca-
no. sicut hi. d. xlviij. vbi postulās cū diuite, cur apud sere-
tineat qđ in pauperes erogare deberet, respōsum auari
diuitis hoc introducit. Quid iniustū est, si cum aliena
nō inuadam, propria diligētius seruo? cui hæc verba re-
mittit. O impudēs dictu: quid ppria dicis? quæ ex qui-
bus recōditis in hūc mundū detulisti? Propriū nemo
dicat, qđ est cōmune: qđ plusq̄ sufficeret sūptui, et vio-
lenter obtentū est. Nūquid iniquus est deus, vt nobis
nō æqualiter distribuat vitæ subsidia? vt tu quidē esſes
affluēs et abūdans: alijs vero deesset & egerēt: an idcir-
co magis: q̄ et tibi voluit benignitatis suæ experimēta
cōferre: et aliū per virtutē patientiæ coronare. Prudenter
equidē, atq̄ (vt illi erāt) sanctissime cōsiderabāt deū in
cōmunc bona hæc humano generi cōtulisse. Quæ pro
inde eo sunt postmodū iure gentiū distributa, vt tamē
in necessitate, omniū effet cūctis cōmuniſ vſus. Evidē
mirū est si facti ad hūc modū fuerint loquiti, cū si Chri-
ſostomo cōtione de Lazaro secūda, fides adhibēda est,
verbū illud Esaie. iiij. diuino ore prolatū / Rapina pau-
ris est in domibus vestris / de eleemosynis pauperum
quæ apud diuites retinentur, fuerit interpretandum.
Adeo vt quæ illic Eſaias diuitum ornamenta, nempe
luuulas, torq̄s, monilia, armillas, et mitras, ceteraq̄ id
gen⁹, quæ impperādo cōmemorat, nō nisi de his, quæ
pauperibus surripiunt, diuitibus superfluant. At vero
quod super hæc omnia, non metantū, sed Augustinū

Dist. 4.2.
can. hof
pitalē.

Dist. 4.7
can. sicut
hi.

Chrisot.
can. 2. de
Laza.
Eſaiæ. 3.

C iiiij

de hac re vehementius commouent, duo haec sunt. Primum sententia illa dominica. Non potestis deo seruire & mamonæ. Equid enim aliud hoc est, q̄ non potestis simul diuitiarum cupiditati obsequi: & misericordiarum erga pauperes eam habere curam, quam vobis dominus maximam habere præcepit? Alterum vero est de quo in eiusdem loci interpretatione sanctissim⁹ ille a sapientissim⁹ pater magnopere admirat⁹. Sane q̄ cū sint tā multa peccata, crimina, & flagitia, de quibus homines sunt in æternū condēnandi, nullius tamē mētio in euā gelio fiat, quod sit in die domini in causam æternæ dā nationis obijciendum, q̄, esuriui, et non dedistis mihi māducare: sitiui, et nō dedistis mihi bibere: nudus fui, et nō cooperuistis me, hospes deniq̄, et nō me suscepistis. Hæc Aug. Res ergo, nisi nos auaritia excecatos teneret, niti aspides essem⁹ ad eloqua diuina obsurdescentes, manifestissima est, multo latius patere eleemosynārū præceptū, multosq; alios cas⁹ cōpræhēdere, q̄ sibi homines falso persuaserint. Alias quomodo in vniuersū omnes in illa die neglectæ misericordiæ sententia complicaret? At quia nec locus est hic, neq; subinde animus rem hanc ad vnguem exigere, hæc satis sint: si modo extremum hoc verbum adiecerim. Faciamus deū, omnium diuitium q̄ pauperum patrem esse: cui, veluti patrifamilias, curæ est omnibus cōsulere ac prouidere. Necesario colligitur, aut deum parum fuisse prouidum, qui inopes & mendicos præsidio destitutos reliquerit, aut diuites perfidiæ et inhumanitatis redarguendos esse, q̄ cum eorū fidei deus pauperes cōmiserit, potestatiq; permisserit, bona, quæ in sua fide posita sunt, sibi endicant, deposita negant, fidem non seruant.

¶ DE MENDICORVM PAVPERTATE
examinanda. Cap. ix.

HIS CEV fundamētis instructi & informati ad primum articulum, qui de pauperū examine est, possumus iam demum descendere. Quod quāuis ex lege sit, quāto id rigore fieri expediat, id quidē est in deliberatione positum. Duo in pauperib⁹ examināda huiusmodi articuli designat. Primum eorum paupertas et inopia: sint ne veri, an fūcti pauperes. Deinde mores & vita. Primum in articulo tertio, alterum in quarto insinuatūr. Quod ad primū attinet mēbrum, nihil aliud q̄ æquitas et operæ preciū est factos simulatores mendicos de medio pauperū tollere. Id quod in prima conclusione abunde cōmostratum est. At vero primum omnium consideratione hic dignum est, q̄ aliud est misericordes esse homines in pauperes, aliud vero iustos esse aduersus prauos & ini quos. Misericordiam deus vniuersis hominibus præcepit: malefactorum autem vindictam paucis iustitiae ministris cōmissit. Qui teste apostolo hac de causa gladium portant, vt vindices sint in irā eis qui male agūt. **T**Obiq̄ ad nimaduertendum est, an satis forte esset, vt qui alijs mortalium ordinibus præfecti sunt, qui iustitiam administrent, mores emendent, peccata vlciscātur, vagabundos etiam exquirant, puniant ac profligarent. Aut forte q̄ senatores, et rectores vrbiū singulis ebdomadibus, aut mensibus conuentum mēdiorum facerent: et quos validos esse conuincerent, pœna plesterent. Atq̄ vel operi labori q̄ addicerent, aut ex vrbe relegarēt. Nam plures prætores executores aduersus pauperes, q̄ aduersus diuities creare: quorum nullū aliud negotium sit, q̄ pauperes explorare, in ius vocare, discutere, et exigere, non tam ex misericordia in veros pauperes, q̄ ex odio esse totius ordinis pauperum iudicare quispiam forte posset. Id vel maxime q̄ p̄tores,

Duo part
per & exa
mina.

Cōside
ratio. I.

Rom. 13.

diuitū criminā nō tāta solertia scrūtānt: sed satis officio
suo faciūt, si q̄ fuerint ad se delati, lege correxerint. Nō
ergo vigilātiori indagatiōe opus est aduersus paupes.

**Confide
ratio. 2.** Mox cōsiderare oportet, q̄ miserū hoc, abiectūq; et
imbecille gen⁹ hoīum, nō est, vt suas possint causas de-
fēdere. Nā vt paulo ante ex Ecclesi. citauim⁹, diues in-
iuste egit, & fremet: paup aūt lēsus tacebit, & Ecclesia-
stes. Sapiētia (inqt) paupis cōtēpta est: & verba eius nū
sūt audita. Vñ diues vbi de criminē aliquo, aut debito
postulat, aut iudicio, aut armis, aut alio sequouis mó-
tueſ: mēdīcūs vero, et si p̄ calūniā accūſet, nullo se valet
clypeo ptegere: sed perpeti se iniuriā necesse est. Adde,
q̄ si diuti partē bonorū iniuria ademeris, partē retinet
vñ viuat: si vero calamitōſū mendicū, ne mēdīcet, phi-
beas, miserū enecas. Hac. II. de causa tā multis in locis
de⁹ se patrē orphanorū, viduarū, et pauperū pfitetur.
Hāc rē ecclesiæ patres tātā prælatis pauperū curā in-
iūgūt: cui⁹ testimonia citare imens⁹ eēt labor. Nēpe q̄
pauperi a potēte nulla esse pōt defēſio. Deinde cū gen⁹
istud mīferorū inuidijs sit et emula. onib⁹ frequētissi-
ū, vix, dū de paupertate alicui⁹ inquirit, verū testimoniū
inuenias. Seç alijs alijs calūniant: qua vnuſq; fraude
satagit, vt qđ alijs aufer, si bi accrescat. Quib⁹ decauſis
**Preposi-
ti paupe-
rum.** si quis humōi inqſitionib⁹ & examini deleganf, hoīes
esse magnopere oportet, nō cuiusq; sed p̄cipui ordinis
et existimatiōis, ad lenitatē mīsericordiæ pp̄si magis,
q̄ ad rigorē iustitiæ, qui pauperibus suffragent citius,
q̄ refragentur. Nā si officiales executores deplebe insti-
tuant, q̄ paupertatē forte, quā in alijs requirūt, int⁹ ipsi
sub palio tegūt, facile possunt iustitiā precio vēdere, vt
eos penit⁹ validos esse accusſet, qui cōferre eis nihil va-
**Confide
ratio. 3.** luerint. Est p̄terea in hac re nō pretereūdū, q̄ vt sit
quisq; legitimus pauper, nō est necessariū esse insitū,

Sat. n. est, si sit ~~xtate~~ pfectus, aut debilis, aut quoniam
alio impedimento teneat, ne tatos possit subire labores,
vt sibi & suis cōgruenter sufficiat. Id quod in lege illa
de mēdicatibus validis puidēter scribit. Cui⁹ titul⁹ nō
est/de mēdicatibus sanis/ sed/ de mēdican⁹ validis.
Nō, ergo, qui hō sanus est, cōtinuo a mēdicatione pro-
hibet; sed qui est valid⁹. Nec id silētio prāterit lex illa,
quā appellāt ordinamēti. Ait. n. q̄ i sint homines qui
de facie manifeste posſint iudicari esse validi, operi et la-
bori addicant. Ergo ybi facies & vultus eos non pdit,
nō aliā discussionē, aut pr̄scrutationē regrit lex. ¶ Vn Docim.
de hoc alta mētereponēdū est hic documētū, q̄ pre dubia
pro paupibus pot⁹ in fauorē paupertatis, q̄ aduers⁹ eos
pronūciandū est. Nā multo effet min⁹ malū et incōmo-
dū, viginti malos et vagabūdos pmittere, ne quatuor
legitimi paupes inter eos excluderent, q̄ quatuor iure
qd̄ habēt mēdicandi excludere, vt viginti validi expel-
lantur. Hac. n. ēt rōne zelum nimiū seruorū zizania fe-
stinantiū euellere sapiēter repressit paterfamilias, vt est
apud Matth. ne forte colligētes zizania, eradicarent si-
mul cū eis et triticū. ¶ Huc ēt p̄tinet q̄ sunt permulti
qui quālibet opera et labores q̄nq̄ ferre possint, non tñ
iugiter, aut frequēter. Est. n. qui pōt dies aliquot in mē-
se, aut in ebdomada in opere durare: nō tñ per totū mē-
se, aut ebdomadā. Et est q̄ dimidiatiū diē laborare pōt
nō tñ integrū elaborare. Et es̄t p̄quā molestissimū, si
quoties miserū hominem vires deficerēt, opus haberet
diputatos adire. Ad hæc. Sūt pr̄eterea q̄ ēt si validisint,
ius nihilō habēt mēdicandi. Sane qui opera nō inue-
niūt, aut patronos q̄ se conducat. Quos in ppria patria
nō inueniūt, quoq̄ quesiūt exire possunt. Vn quæ-
cunq̄ pfecto regni ciuitas tenet tā incolas, q̄ aduenas,
aut alere, aut mēdicare permittere, quādiu nō eis opera

Docim.
mentū.Mat. 13.
Conside-
ratio. 4.

assignauerit, aut patrōnos quib⁹ suas possēt operas locare. Hoc enim ad regni gubernationē spectat, vt qui in vna ciuitate viuere nō possūt, humaniter suscipiantur in alia. Quam ob rem mercenarij illi in euāgelio de ocio sitate reprāhesi legitime cōpurgati sunt, dicētes, quia nemo nos cōduxit. ¶ Ad hæc sunt & nōnulli bono sanguine nati, qui nec artem didicere mechanicam, nec sunt forte negociationi apti, neq; tenentur quidem ad vilia se seruitia summittere. Sed ius habent pauperum stipem a quocunq; recipere: ac perinde ampliore, q; aliij inferioris classis. ¶ Atq; hæc quidem secūdum rigore iuris concedimus. Nam si de hac re priscos illos patres, quos deus velut ecclesie fundamentā subiecit, consulamus, longe aliter loquendum esset de hoc pauperū examine. Validissimum nāq; argumentum quo ista pauperū inquisitio corroboratur, inde summittit, q; sunt nō pauci, qui in fraudem & pernitie reipublicæ multas cōminiscuntur artes, quibus se infirmos, lœflos, truncos, & mancos fingunt, & simulant. Quo non potest in re publica maior esse dolus. His ego vero qui hoc tā magno arguento vtūtur, respondere nunq; audebo, ad magnum illum pauperum patronum Chrisostomum, inq; remitto. Cuius verba homilia, xxxvij, ad populum (præter alia complura quæ in hanc sententiam alijs in locis identidem confert) omnes oro atq; obsecro, vt neminem (prolixa quidem, aurea tamē) audire pīeat. Postq; enim cum diuitibus vehementer postulauerat, vt vestib⁹, quas rodit tinea & vermis absūmit, nudos contegant, responsū diuitum in medium infert, dicētūm. Simulat pauper tremorem et infirmitatem. Attēde maxime Princeps, quē admodum etiam tum téporē Chrisostomi has diuites eleemosynarū excusationes prætexebant, hæc in pauperes maledicta iactabāt. Sed

Conside
ratio. 5.

Chrisost.

accipe quibus Chrysostomus verbis in eos qui ista pro
 ferret, inuehitur. Non times (inquit) ne fulme ab hoc
 verbo coelitus accensum in te feratur. Disrumpor enim
 ab indignatione, parcite. Tu quidem ventre tumes &
 pinguis, & ad profundā potū pducens vesperā, et mol
 libus calescens stragulis, non te dignū dare poenas cen
 ses: cū tā inique dei muneribus vtaris (nec enim vt ine
 briemur est vinū: nec vt crapulemur, esca fuit facta: nec
 vt ventrē disrumpamus, cibi) pauperem vero miserū,
 nihil melius mortuo dispositum exquisitas exigis ra
 tiones? Nec Christi times tribunal illud horredum &
 terribile. Nā & si simulat, ex necessitate simulat, & ege
 state, propter sacerdiciam & in humanitatem tuam, quæ
 talibus personis supplicantibus ad misericordiam non
 flectitur. Quis enim tam miser & ærui nosfus, vt nulla
 præmente necessitate, pro solo pane velit ita deturpari
 et plangere, talesq; poenam sustinere? Igitur illius simu
 latio fertur in humanitatis tuae p̄ræco. Quoniā enim
 supplicans et deprecans, & miserabilia fundens verba,
 gemens & lachrymans, totum circumiens diē, nec ne
 cessarium inueniebat alimentum, forte ad hācartē ex
 cogitauit, non sibi tantū , quantū tibi dedecoris et ac
 cusationis inferentem. Nam ille quidem misericordia
 inuenire dignus est, quod in tantam deuenit necessita
 tem: nos autē innumeris digni supplicijs, q; pauperes
 talia pati cogimus. Si nāq; defacili flecteremur, nunq;
 illetalia subire maluisset. Et quid dico nuditatē & tre
 morem? Hoc enim horribilis dicam, q; et liberos im
 maturam agentes etatē quidam excacares sunt coacti,
 vt nostrā penetrarent infensatā duritiam. Postq; enim
 vidētes, nudisq; circumcantes, nec ab ætate, nec ab æru
 na crudelēs flectere potuerint, his tot malis ahari gra
 uiorem adiecere tragādiam, vt famē soluerent, leuius

esse putantes hoc cōmuni lumine priuari, & splendore
omnibus concessio carere, quam cum fame continuam
habere pugnā, & miserrimā mortē sustinere. Quoniā
enim paupertatis misereri non didicistis, sed gaudetis
calamitatibus, vestrā implent improbam libidinem,
et sibi et vobis gehenæ flāmam acriorem accēdentes.
Hæc Chrisost. plurimaq; alia huius emphasis verba,
non minus christiane q; eleganter fulminat aduersus
eos qui de crudelitate reprehendentes pauperes, quod
in proprias personas contra naturā peccent, propria cor
pora viciando, nō ad se reuertuntur, vt animaduertat,
suam ipsorum immanitatem et feritatem, qui miserorū
præcibus non flectuntur, in causa esse, vt tragicas illas
artes in se exerceant. Nam reuera si diuites congruēter
pauperibus subuenirēt, nunq; illi diuitiarum causa nu
ditates illas et cicatrices perferret. At miseram stipē nō
ante extorquere valent, q; illas cōminiscātur tragædias.
Hisce splédidissime Domine non id contédo, vt vaga
bundi et sycophantæ non corrigātur, sed vt quēadmo
dum alijs cuiuslibet ordinis, aut cōditionis corriganſ.
Sūt enim et inter opifices et inter causidicos et scribas,
et inter clericos et inter religiosos, et inter magnates, et
et prelatos, qui suo quisq; ordine et gradu fragiles sūt,
criminosi, flagitosi, atq; adeo pane quo vescuntur in
digni. Aduersus quos tamen non tam multi perscruta
tores et executores intenduntur. Cribro enim purgan
da sunt crimina, non in cerniculo setaceo. Canō est. vii.
q.i. q; si omnia in hoc saeculo vindicata essent, locū di
uina iudicia non haberēt. **A**b sit vt cuiq; mortalium
ordini notam ego aliquam inurere velim: aut quēpiā
tradicere. Quod autem patet et manifestum est, id in
genere citra iniuriā proferre possū. Quot ergo sunt in
set, aut argumentū, aut testimoniū, q̄ necessarium sit
decrecere et diminui, q̄ quod autores huius institutio-
nis in publico cōfidentur, res manifeste comprobatur.
Hoc enim cum primis institutionē hanc cōmendant,
sibiq̄ persuadent, q̄ hac ratione (aiunt) multo minori
opus est eleemosynarū copia. Id profecto quod experie-
tia ipsa aperte docet. Audio enim ex alijs ciuitatibus, in
hac vero oculis conspicio, et ore ipsorū qui hoc paupe-
rum negotiū gerūt ad me s̄xpe delatū est, quod totus
eleemosynarū assis vix triens, aut quadrans illius est,
qui ante huiusmodi statuta esse cōsueuerat. Hoc verū
aliter considerant coniunctunt, vt hanc eleemosynarū
rationē repellant. Et enim si legitimī pauperes plu-
res forte nō essent, neq; eorū ærūne et necessitates, ma-
iores, q̄ eleemosynarū æs, quod hac ratione conflatur,
fateor homines quantūcunq; diuites amplius nō tene-
ri. At cū veri paupes fictis et simulatis depulſſis, eorūq;
inopiz et calamitates multo sunt maiores q̄ qbus ſtipſ
ipsa eleemosynarū quæ hac rōne cōſicitur ſufficiat: atq;
adeo diuites (illi maxime ſiqui ſunt auarici tenaces) ad
ampliores eleemosynas lege euāgelica cōpellant, in dā-
no poti⁹ diuitū ponendū est, q̄ validi mēdicantes, qui
fraude et improbitate eleemosynas extorquebāt, expel-
lant, niſi quantū illis adimif, integrū in legitimos pau-
peres cōferatur. ¶ Qd'autē neceſſariū ſit eleemosynas
hac rōne rariores fieri et extenuari, pr̄ter experientiā,
rōnes quoq; in cōperto ſunt. Primū q̄ mēdici pro ſe po-
ſtulent, aut p mēdiciſ alij, tñ differt, q̄ maxime differ-
re pōt. Diuites, n. quāta ſint cūq; mēericordia, honoris
gratia, pro pauperibus poſtulātes, quia prandiū domi-

adparatū babent, satis se officio fecisse putāt, si elemo-
 synas petāt: et duos aut tres vicos circūeāt: an vero petē-
 tes obtineāt, nō tāti faciūt. Médicus vero miserrimus,
 cui sola mēdicationē prādiū agit, nō satis hēt petere: sed
 improbissime efflagitare, quo adusq; etiā ex durissimo
 corde obolū exprimat. Nec satis hēt vna hora discurre-
 re, dū tot⁹ ei dies ad cōparandū victū op⁹ fuerit. Putas
 ne princeps clemētissime nō hac etiā de causa (præterq;
 quod discipulos orare docebat) Christus pauperū pro-
 uidentissimus similitudinē illā euangelicā introduxit.
 vbi hō ille amicū suū media nocte adiuit, qui tres ei pa-
 nes acōmodaret. Et amicus qui hostiū clauserat et cū
 pueris lecto iacebat, ægre et moleste ferebat surgere, vt
 amico morē gereret. Nihilo⁹ ait magister noster q; ille
 hostiū pulsando perseverás efficere potuit, vt amicus,
 si nō ppter amicitiā, saltē ppter petētis improbitatē e le-
 cto surgés officiū exhiberet. Reuera si ali⁹ ad subleuā-
 dā necessitatē alienā petitū iret panē, nō tā improbe in-
 stitisset, vt misericordiā consequeret. Mox secūda hu- R. 2.
 ius ratio est, q; quēadmodū in malis & turpibus euitā-
 dis, ita et in bonis et officijs v̄su accidere solet. Nā ma-
 teriæ obiecti⁹ presentia, aut virtutis, aut vitij prægran-
 dē hēt energiā mouēdi aliciēdiq; ad opus. Quā ob rem
 magni supra modū refert, vtrū diues hō, sanus, nitida
 facie, veste splēdida, te adeat mīam petitū, an pauperē
 videas, facie palidū, veste sordida, vulnera forte circū se-
 rentē, suplicēp Chri matrē, perq; ei⁹ vulnera obsecrātē.
 Nemo sane est q; nō lōgo v̄su fuerit exptus, q; sapissime
 cū domo exiēs nullā in animo haberet elemosynā face-
 re, paupis tñ cōspectu in meliorē fuerit mentē mutat⁹.
 Vnde et inter oratoris precepta, sunt qui cōmoneāt, vt
 si fieri cōmode possit, ille qui iniuriā ppessus est, oculis
 iudicis obiectat: qui vulnera ostētans, ei⁹ animū cōmo-

Religio
si mēdi.

Hispano
rūm
inges
nūm.

uerē possit. Fateor nōnullas esse horum pauperū frau-
des: sed, preterq; quod multo sunt plures veræ infirmi-
tates et calamitates, si vlla vñq; fraus pietatis nomē me
retur, hæ sunt, quæ piæ fraudes merito cēsentur. Hinc
inter alias, bona causa colligitur cur episcopi præsentia
suæ esset ecclesiæ ytilis & necessaria. Nā q; de auditu cō-
mouetur vt eleemosynas aliquas pauperib; suis mit-
tat, pprijs oculis ærūnas pauperū resq; aduersas intui-
tus, longe plures supererogare conuinceretur. ¶ Quā-
tū valeat vt ipse qui indiget subsidiū exposcat, profecto
in religiosis mēdicantiū, qui (vt antea dicebam) imagi-
nē gerūt illi⁹ cōmunis vitæ nascētis ecclesiæ, exēpli gra-
tia cōmonstrari pōt. Vbi, n. cōuentus mēdicitate viuūt
vnius tantū religiosus, cui negotiū deinādatur, abūde
colligit (et quidē iuste et religiose) penus omne qđ pro
frugalitate yel tenuitate religiosorū abūdat. Sane quia
sui ipse conuentus rem procurat. Quod si decem dili-
gentissimis ac pientissimis cura hēc delegaret, vix pos-
sent, vel panem abunde comparare, qui conuentuī sus-
ficeret. Quo circa religosi mendicantes mendicātibus
pauperib; suppecias ire tenemur. ¶ Auget præterea hu-
ius argumenti vires Hispaniorum cōditio et ingeniū.
Sunt enim inter mortales, qui facilius multo prece &
suplicum miseria flectuntur, q; lege coerceātur. Et ideo
ex qua ciuitate mendici præcibus et obsecrationibus cē-
tum mendicare possent, vix, si ciues ad perpetuas ele-
emosynas conscribantur, quadraginta in albus referū-
tur. Nam perinde ac si tributa essent, formidant in ele-
mosynas nomina dare. Si id quod in alijs locis vnu ac-
cidere potest ex hac ciuitate coniçcerelicet, quæ (vt citra
notam alijs cuiusq; dixerim) est in pauperes benignis-
fima, dimidio et eo multo minores eleemosynæ in al-
bo pauperū consignatæ sunt, q; de vna ciuitate, vbi am-

plissimæ alias fiebant, vel suspicari ullus poterat. Atqui de illa conscripta summa ante tres menses bona pars sub ducta est. Quanta vero iam nunc restat, nescio. ¶ Ob idq; vt viam iam hincqua ad obiectiones respondeam cōmuniare incipiā, quod in alijs regionibus, vbi homines populares magis sunt, atq; ciuiles, et qui lege in bonum cōmune facilius continentur: quod illic (inq;) de hac eleemosynarū ratione constitutum fuerit, nemo a deo potest in exemplū Hispanis ad imitadū propone-re. Quod antem pecuniae in arculis æterarijs, quæ in tem-plis exponuntur, congeritur, suppudet dicere q̄ sit exiguum, omniq; æstimatione minus. Illi enim ipsi qui occurrentibus mendicis libenter liberaliterq; misericor-diam effundebant, cum obuios pauperes non habent, non solum mittere eleemosynas ad arculas obliuiscun-tur, sed quando templum ingrediuntur, quod petenti viuo pauperi porrigerent, muto lapidi aut ligno, nō ita animantur conferre. Qua de re adeo sine diuinitijs sunt æteraria illa, vt nullum eis minus nomen, q̄ gazophilati-j conueniat. ¶ Ad hæc illi qui albo eleemosynarum ascribūtur solum sunt patres familias. Dum vero médi-ci discurrūt, si nō dat maria, erogat forte vxor, quæ est in pauperes propéfior. Si nō pater, cōfert tamen filius. Quod si forsitan non tribuit herus, famulus largitur. ¶ Atqui (qd' precipui mométi est in hac re argumétū) eleemosynæ nō tantum ex pecunia fieri sunt solitæ: sed ex omni supelectilli dom⁹. Reperias enim qui in largi- da pecunia sunt parcissimi, boni tamen consulunt, si cōiux panem porrigit, aut mensæ reliquias, obsoletam vestem, subuculam lintheam, protritum calceū, lignorum fasciculū: quæ omnia profecto si cumulo eleemosynarum eximas (vt est hac ratione necessarium) nescio an dimidiū excipias. ¶ Sed præter decrementū atq; de-

Arcule
æterarie.

Eleemo-
sina ex
omni su-
plectilli.

E iiiij

tim entum eleemosynarū, quæ institutum hoc arcendi pauperes manifeste consequuntur, alia via rem aggredi possumus. Misericordiae ratio non in hoc tantum possita est, ut miseris opem et auxiliū quisq; ferat: sed in hoc præterea, qui nimmo in hoc primū, ut animus intus calamitatis pauperis misertus, cōpatiatur misero, et quando ad opus facultas non suppetit, affectus hic in meritis ponitur apud deū. Id qđ in Christo contéplari possumus. Qui anteq; turbæ illi⁹ in eremo, extincta fame, lasitudine recrearet, legim⁹ apud Math. et Marc. quod miser⁹ est turbæ quæ triduo sustinebat illum. Ex quo diuino affectu opus foras processit. Qui ergo pauperes oculis christianorū eripiūt, pingue (quod aiunt) lacris optimū inq; quod est in virtute hac præstatiſſima misericordie tollūt. Nam veluti fortes et strenui homines esse non possunt, nisi qui conspectu armatorū hostiū ſepe fuerint irritati, ita neq; misericordes, nisi qui exūnas calamitatemq; et res aduersas et afflictas pauperū coram viderint, et contrectauerint. Quā ob rem, ut sunt quibus pauperū aspectus nauſea mouet, et clamor aures obtundit, sunt nī ilominus alii (qui in hac parte mos potius gerendus eſſet) qui cōspectis exūnis pauperū, cor ad misericordiā emoliunt, et quas de sanguinis nobilitate, deq; honoribus et fortunis cristas erigunt, ea tunc ratione ſūmittunt, qđ homines sui generis videntā dissimili sorte et fortuna abieciſ: quibus et in hac vita similes ipſi pareſq; eſſe poterant, & in illa exētra felicitate lōge inferiores eſſe poterūt. At in præcipuis ſolēnitatib⁹ et in sancta potiſſimū hebdomada, quis ambigat conspectu pauperū et clamore, christianorū animos ad comiſerationē valde cōmoueri? ad ſuq; passionis Christi percipiendū excitari? Videre profecto videbar anno pxime elapſo ſubtriftes homines,

didentes pœnosciam hebdomadam perinde sine pauperum clamore obmutescere, ac si festum esset sine musica celebratum. ¶ Et (quod nō est in postremis habendū) quāti rogo inter eū maxime Princeps quomodo iuuentus in ipsa statim prima educatione ad misericordiam erudiat: illius imitatione sanctissimi Iob. qui has omnium virtutū radices subiecit, quod ab infantia secum creuit miseratione? Aut quomodo potest puer hac sanctissima virtute imbui, qui nō sensu calamitates viderit vel audiuerit? Hi qui modo pauperū eleemosynas diligenter procurant, quia paupeū miseras oculis conspexere, misericordes esse et clementes in pauperes possunt. Sed fac instituta hæc integrū sæculū durare, vt qui modo nascuntur nunq̄ in limine domus mendicos videat, neq; inclusos visitent. Quo nā pectore huiusmodi homines in pauperes esse possunt? ¶ Sed neq; hac tantū de causa religio est paupibus in præfētia auxilia et subsidia ministrare: sed certe in honorē et obsequiū Christi. Vnde super illud Pauli Thi. v. vbi nos ad misericordiæ opera instruens exortatur, vt sanctorū pedes lauemus, tribulationē patientibus subministremus, adnotat Homelia. xiiij. Chrysost. quod opera misericordiæ præcipuo studio, et tota animi voluntate, summaq; alacritate ac deuotione (tanq; reuera ipsi Christo) pauperibus debemus in suis proprijs personis exhibere. Neq; enim inquit officia in pauperes debem⁹ seruis, aut annallis imperare: sed per nos ipsi debem⁹ pauperibus im pendere. Verbum illud Christi auscultantes. Si ego laui pedes vestros dominus et magister (ac si dixisset nec cuiq; humile officium permitti) et vos debetis alter alterius lauare pedes. Et addit Chrysost. quod quando quis fuerit summa dignitate constitutus, ac precipui generis gloria fulgeat, non tantū pauperes superat, q̄tum

Iob. 5.

Thim. 5.

Chrisof.
Hom. 14

Ioan. 15.

Mat. 18. discipulos Christus. Quando autem pauperi ministras,
Mat. 25. Christo ministras. Nam qui suscepserit (inquit) unum par-
vulum nomine meo, mesuscipit. Et quandiu fecistis vni
de istis minimis, michi fecistis. Actenus Christof. Vnde
de metuendu nobis esset, ne quando se Christus in po-
strema die apud nos mendicum degisse confitebitur,
improperio nobis obijciat, quod paupes a nostro nos pro-
pectu abiecerim⁹. Vnde vix legim⁹, non solum sanctos
fuisse prælatos ecclesiæ, verum neque sanctos fuisse illustris-
simos homines, de quibus non sit memoriam proditum quod per se
ipsi pauperibus cibos ministrauerint: immo et vulnera pro-
prijs manibus contrectauerint. Ut alios interim ob-
mittam Cæsaris filio, augusta referam. Flacilla illa au-
gusta Theodosij coniux sanctissima de hoc cū primis
lib. viii. tripartitæ historiæ honoribus cumulatur, quod
cum esset in regni fastigijs, maximā sub purpura clau-
dorum atque debilium curam habebat. Non seruis, non
alijs ministris utens, sed per se ipsa agens, et ad eorum
habitacula venies, vnicuique quod opus haberet, prebe-
bat. Sic etiam per ecclesiarum Xenodochia discurrens
suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens,
ius gustans, offerens colearia, panem frangens, cibosque
ministrans, calices ablues, et alia cuncta faciens, quæ ser-
uis & ancillis mos est soleniter operari. Erat n. illi chri-
stianoru antiquitati perpetuo in auribus verbū illud ex-
tremæ diei, qua se Christus nudu et hospitē fuisse af-
firmabit, et inter nos exuriē et sitim percessum, ut per-
inde pauperes, ac si Christus singuli essent, suscipe-
rent, obsequijs colerēt, eorumque se conspectu oblectarēt.
Hæc in gratiâ eorum percœsumus, qui animo sunt in
pauperes clementi, quorum perinde absentia non possunt
non ægreferre. Sed et propter eos inhumanos homines,
qui præ auaricia saxa pectora erga pauperes habentes,

Flacilla
augusta.

aures eorū precibus obtūrari erunt, cōmodum est etiam
 eorū conspectui mendicos obīscere. Audio nāq̄ quos-
 dā (christianos quidē ac pios homines) ad causas hui⁹
 instituti occludendip̄ pauperes hanc etiā adhibere, quod
 si ex gentibus quispiam et paganis homines inter nos
 videret in extrema egestate mendicare, crudelitatis nos
 et immanitatis redargueret, essetq̄ illi lex nostra impro-
 perio. At vero si abditos reconditosq̄ et exire prohibi-
 tos esse cōspiceret, neq̄ tñ a nobis lauti⁹ alitos, ac sum-
 ptuosius tractatos, q̄ hac eleemosynarū rōne esse pos-
 sunt, fortasse peius apud eum audirem⁹. Sed aliorū sum
 propero. Fieri nequit aliter, quomin⁹ in republica, etiā
 christianorū, homines sint inclementes et in pauperes
 crudi: versentur ergo in eorū presentia mendici, qui si
 non eos ad misericordiā vincere potuerint, iniustitiae
 saltē in die iudicij reuincat. Nūquid non hoc Christ⁹
 edocet in diuite illo epulone, qui induebatur purpura
 et bisso et epulabatur quotidie splēdide. Neq̄ enim de
 hoc tantū in inferno cruciebatur, q̄ eleemosynā absens-
 ti mendico non impenderat, sed q̄ cum Lazarus ad ia-
 nuā eius iaceret, vlceribus plenus, cupiēs saturari de mi-
 cis quæ cadebat de mēsa diuitis, neutiq̄ diuitē pauperis
 miserebat. Vide q̄nta cōgerit et exaggerat Christ⁹, q̄bus
 pudorē et innominiā illi⁹ diuitis augeat: sane q̄ canes
 quibus micas diues porridgebat, clementiores erant in
 pauperē lingentes vlcera, q̄ diues ipse. Mendicis ergo
 ad ianuas crudeliū diuitū iacentibus Christus testibus
 opus habet in die iudicij, in cōfussionē et improperiū
 eorū. ¶ Cōtra vero ad ianuas prælatorū, ac magnatū,
 qui benigni sunt et misericordes in pauperes, q̄ sit pul-
 cherrima pauperū corona: qui refecti et recreati benedi-
 ctionibus suos benefactores compleant, precationibus
 apud deū cōmendat, Fuerint inter eos forte perditū ho-

Luc. 16.

Prælator-
ianue.

mines, erūt veriūtamen nōnulli iusti, qui nos possint
iuxta verbū domini in æterna recipere tabernacula. ¶ Si
in regibus et gloriois imperatoribus exemplū ad huc
Christi perseuerat, vt semel in anno pauperū pedes la-
uent mensisq; ministrēt, cur nō erit laudabile et hono-
rificum quotidie pauperes ad ianuas principum, alio-
rūq; procerū pauperes epulari. Reuera si sancti illi pa-
tres, et ecclesiæ monarchæ, Greg. inq; Amb. et August.
audirent mendicis Christi domus principū et episcopo-
rū non patere, non intus pransum recipi, nihil aliud re-
putauissent, nihilo seccius condēnassent, q; si paternis
domibus filios audirēt interdictos. De Gregorio legi-
mus, nunq; sine pauperibus et peregrinis ad mensam se-
dere, domū eius mendicis esse frequentissimā. Qui per
inde tā fuit de pauperibus bene meritus, vt angeli sub
habitu pauperū eleemosynis sāpe ab eo fuerint dona-
ti, et inter conuias pauperes ad mensam eius confede-
rint. Sed vt pontifici summo regē quoq; et sanguine
et sanctitate clarissimū apponamus: galorū inq; regem
Ludouicū inter diuos suo iure et merito relatū Blachæ
reginæ Hispanorum regibus genitē filius, adduci nul-
lo modo possum, vt credam, q; hæc ille mendicantium
clastra aut iussisset vnq;, aut certe pbasset. Legitur. n.
a matre sanctissima ita fuissē educatū, vt pluribus du-
centis pauperibus, qui in domo regia quotidie abūde-
reficiebantur, in diebus solēnibus anteq; ipse cōmede-
ret manu ppria fercula ministraret: atq; singulis fabba-
tis eorū pedes, pprijs manib⁹ ablueret, detergeret, et oscu-
laret: quos deinde aucta eleemosyna donabat. ¶ Qua-
re excogitare nequeo, quomō institutū hoc quo paupe-
res mendicare vetantur (vt eius autores prætendunt)
de antiquitate cōmendari possit. Immo vero hoc inter
precipua argumento concutit, quod, perinde atq; illud

Grego.

Ludouicū
cū rex.

Noctū.

de reisendi peregrinis, nouum cōmentum est: neq;
gentibus, neq; pris̄is christianis vñq; cognitū. Quod
si in legib; misericordiæ possitum esset, patres iā diu
ecclesiæ scriptum nobis dedissent. Hoc autem inter res-
pondendum ad eas causas et rationes, quibus eius au-
tores sententiā conoborant, congruentius tractabitur.

CQ VO RATIONES ET CAVSE PROHIBFN-
di pauperes mendicare, per penduntur. Cap. xii.

PRIMVM fundamentū, quo autores clau-
sūræ huius mendicantium sententiam stabi-
lire contendunt, est verbum illud diuinum
Deutero, xv. Omnino indigēs & mendicus Deut. xv.
non erit inter vos: vt benedicat tibi dominus in terra
quam daturus est tibi in possessionem. Argumentum
est quod. S. Th. ij. ij. q. clxxxvij. art. v. diluit, dicens,
quod illo præcepto legis nullus prohibetur mendicare:
sed prohibetur diuitiis ne tam tenaces sint, vt prop-
ter hoc aliqui egestate mendicare cogātur. Quod qui-
dem responsum est mente reponendum ad intelligen-
da quecūq; alia, aut ecclesiæ statuta, aut sanctorum de-
creta, quæ de hac re loquantur. Nusq; enim gentiū pau-
peribus facta est cohibitio, ne mendicent: sed diuitiis
præceptum est, ne sua crudelitate pauperes mendicare co-
gant. Adde quod notio huius nominis/mendicus/nō
eos precisse comprehendit (vt nōnulli existimant) qui
hostiatim obambulant: sed quicūq; propriæ dicitur mē-
dicis, qui adeo indiget, vt si ipse et eleemosyna quoti-
diana viuat: tametsi domi eā recipiat. Pauper enim est
qui propriū habet vnde ægre et misere viuat: mendicus
autē qui nihil propriū habet, sed ex alieno viuit. Men-
dicare nāq; non solū est petere, sed recipere ea quæ vltro
offeruntur, Hoc licet nō adeo explicate, insigniat præ-
Mēdicis.

PCE
ter. S. Th. loco modo citato Chrisostom⁹, aut quicūq; ille fuit autor imperfecti, super illud Mathei. capite. v. Beati pauperes spiritu. Græce enim inquit non habet pauperes, sed mendici. Verbo ergo illo non solū cōmo nebatur populus vt non essent postulantes mēdici, sed neq; essent q; domib⁹ inclusi, quotidianis eleemosynis & sportulis indigerēt. Quales modo hisce articulis instituuntur. Quare isti non putent illud se præceptū hac ratione abunde cōplere. Neq; vero illud præceptū erat, vt sub mortali (vt verba iacēt) obligaret. Sed erat exhortatio ad charitatem, quæ in quo cūq; populo bene instituto florere deberet. Quam obrem post exhortationē illam eodem capite subiungitur, q; pauperes nihilominus semper essent inter eos futuri. Quēadmodum in euangelio, quantiscūq; nos Christus verbis misericordiā erudiuit, et ad eleemosynas animauit, quo nostrā nobis tamen pectoris duritiam prænūciaret, pauperes

Argm. • (inquit) semp habebitis vobiscū. ¶ Asciscitur præterea in exēplū instituti huius, q; Paulus similes collectas instituit fieri apud Macedoniā et Galatiā. Quarū meminit et in epistola ad Romanos et in prima ad Corin-

Rom. xv.
Cor. 16 thios. Atvero collectæ illæ, vt. S. Th. vtrobiq; interpretatur, alia lōge ratione factæ sunt. Neq; verba Pauli in terprete opus habent: adeo res est per se ipsa perspicua. Non. n. collectiones illæ eleemosynarū fiebant in subsidiū et suffragiū pauperū eiusdē, in qua fiebant, ciuitatis. Sed historia fuit. vt legitur in actis apostolorū capi-

Actu. xi. te. xj. q; Hierosolimā et circūiacentē Iudeā fames validdissima peruaserat: et ideo missi sunt Paulus et Barnabas in Macedoniā et Achaiā, cū ad predicandū, tū etiā ad auxilia petenda pro christianis quæ erant Hierosolimis et Iudeæ: ijs presertim qui prædicationi et cultui diuinō operā dabāt. Et hoc est quod Paulus adūbrat ad

Galatas. ii. dicens. Jacobus Cephas et Ioánes man⁹ de
derunt mihi et Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi
autem in circūcisionē: tantum ut pauperum memorē esse
mus: quod etiā sollicit⁹ fui hoc ipsum facere. Quas qui
de collectas Macedones et Galatæ per ipsos apostolos
misericordiā Hierosolimā. Id quod attestatur apostolus.
Rom. xv. dicens. Hinc igitur proficisci oritur in Iherusalē
ministrare sanctis. Probauerunt, n. Macedonia et Aca-
ia collactionē aliquā facere in pauperes sanctos, qui sūt
in Iherusalē. Placuit, n. eis ut debitores sūt eorū. Nā
si spiritualiū eorū participes sunt gentiles, debent et in
carnalib⁹ ministrare eis. Ecce quomodo collecte potissimum
erant in subsidiū sanctorū qui discipuli erant euā
gelij. Instar deinceps Macedoniæ persuadet Corinthis ad Cor.
scribens. De collectis autem quæ fiunt in sanctos (eos, s.
qui sunt Hierosolimis) sicut ordinauit in ecclesijs Ga-
latiæ, ita et vos facite. Modū autem subdit Paulus, ut per
vniam sabbati (s. per diē dominicā) vnuſquisq; vestrū
apud se ponat, recondens quod ei bene placuerit, ut nō
cū venero (s. ad importandum Hierosolimā) tunc colle-
ctæ fiant. Non ergo eleemosynæ illæ, quo inhiberent
pauperes mendicare colligebantur. Id tamē aliud agēs
non tacitus preteribo, quod in huius loci interpretatio-
ne adnotat Chrysost. homilia, xlviij, nēpe quod hui⁹ in-
star deberet Christianus quicūq; arcuā domi, eo loco
vbi orare solitus est, pauperibus dicare, in quā, perinde
atq; sacerdos sacrificiū oblaturus manus prius lauat,
ante orationē eleemosynā immitteret, vt sic mūdus ad
orationē accederet. Nā scriptū est. Date eleemosynā: et
ecce omnia munda sunt vobis.

Rom. 15.

ad Cor. 16.

Chrysost.

Tertiū quod in con-
firmationē huius pretextur est, q; in primitiua ecclesia
non erant mendici hostiatim postulantes. Hoc autem in
latissimum nos cāpum dicēdi trāsmittit. Vbi multa sunt

Tertiū
argumē.

reputatione digna. Primū omniū (vt iam modo dicebam) nihil neq; in actis ecclesiæ neq; apud quempiā sanctorum patrum legitur, vnde cōiectari possimus, libertatem aliquam pauperibus fuisse ademptam exēdi mendicatum quocunq; libuisset. Secundo q; tempo re Christi saluatoris nostri fuerint pauperes mendicantes, ambigere nemo potest: cū q; turbā illā pauperum, claudorum, cæcorum, alijsq; morbis et languoribus laborantium, quam frequentissimam curauit: coniectura est ex his plurimum fuisse mendicis, qui vicatim ob

Luce. 16. ambulant: tum, q; illud consilium Christi Luce. xiiij. Cū facis prādiū aut cœnā noli vocare amicos tuos. &c. neq; vicinos diuites: sed voca paupes, debiles, claudos, & cæcos: et beatus eris/ plane de mendicantibus intelligendū videtur. Quod nequis cauilletur, illos in claustris tūc degere, videat quid statim sequitur in parabola illius hominis qui fecit cœnam magnam. Qui cum inuitati venire recusarēt, exite (inquit seruis suis) in plazas et viros ciuitatis, neq; id solum, sed in vias et sepes: et paupes et debiles et cæcos et claudos introducite huc. Solent enim mé dici in huiusmodi locis ciuitatis, et in biuijs viarum sedere. Neq; tempore tunc solum Christi erant mé dici: sed Augustinus tum alibi s̄epe, tū etiā sermone in. iij. dominica aduentus testimonio est. Vbi christiāos largiores prædicás eleemosynas debere, subdit, qđ in sanctis solēnitatibus secundū vires nřas abundantiū erogemus, pauperes ante omnia frequentius ad conuiuum reuocemus. Loquitur profecto de mé dicatibus: qui consueuerant in domos diuitum epulatum admitti. Adeo erat mé dicitas s̄eculo illo vsu et more celebris, vt. S. Th. iij. iij. q. clxxxvij. etiā teste multi christiani religionis et humilitatis causa, venditis possessiōnibus et in pauperes distributis, ad illum se sumiserint abiectissimum

abiectissimum ordinē. vt legitūr de diuō Alexio patrio Romano, et de Arsenio in vitis patruū. Et Hieronim⁹ ad Oceanū de hoc etiā cōmendat Fabiolā, quod optabat, diuitijs in pauperes effussis, stipe ipsa pauperū viuere. Neq; profecto qui illud iam modo institutū vietæ susciperet adeo esset exprobrandus, vt aliqui existimant. Sed tamen eo tantū huius reminiscor, vt ostendā fuisse semper in ecclesia postulantes mēdicos. At nō opus est in re non dubia vti testibus nō necessaris. Om̄niū enim historiæ quib⁹ sanctorū patruū gesta mēmoriarū prodita sunt, attestātur semper in ecclesia fuisse mēdicos. Neg⁹ mendicantiū religiones aliū de nomē hoc sibi cū re ipsa vendicarunt. **Tertiā** hictamen considerationē adiecerim, qđ in p̄mordio ecclesiæ: nēpe vscq; ad tépora Gregori⁹ et eo amplius, alia erat lōgeq; diuersa religio, alia christianorū erga pauperes pectora, alia instituta, alij deniq; in subsidium pauperum decreti prouentus, qđ iam modo sunt, vt possent pauperes postulādi molestia releuari. Affertur ab huiusmodi articulorū autoribus id quod in vita Clementis papæ legitur: nēpe singularū inopes regionū nominatim scriptos habebat: & quos baptismi sanctificatione mūdauerat, nō sinebat fieri mendicitati subiectos. Similia ferme posse sunt verba ex gestis Siluestri, Gregorij, Martini, omnīū deniq; patruū illius téporis citare. At quomodo illi pauperes mendicare non sinerēt, hoc animaduertāt, Non enim eos lege vetabant, prohibebant, arcebāt, obstruebant, sed quomodo non sinebant? Nominatim pauperes scriptos habebant, quibus sportulas copiose mittebant, ne vlla illis mendicandi necessitas restaret. Hac sanctissima ratione ius illis mēdicandi auferebāt. Nisi iura huc accersendo vniuersa molestus essēt, qđ id copiose patefacere possēt. Sed titulū interim de religio-

Conside
ratio. 3.

Cle mēs.

F

sis domib⁹:& in decretalib⁹ et in clemētinis cōsultatiē rit, plane intelliget, quāta praelatis cura pauperū fuerit iniūcta, q̄ anxie et solicite sacerdotes illi, vt veripatres, filiorū pauperū res p̄curabāt, administrabant, p̄prijsq̄ sūptibus fouebāt. ¶ Sed præter peculiares cuiusq̄ eleemosynas, studiū erat hospitalia diuersis gñis v bicūq̄ locorū erigere, vt est in C. de sac. san. eccl. L. sancim⁹: qđ et in iure canonico, xxiiij. q. viij. cap. tributū / refert.

Diuersa Hospita liū gñia.

Erāt n. Xenodochia, i. hospitū pauper⁹ dom⁹ Orpho notrophia. Qđ est orphanorū receptacula Ptochotrophia, vbi inopes & mēdici alebanf. Brephotrophia / puta ædes, qbus infantes nutriebanf Gerōtocomia. s. vbi sees et debiles sustētabanf. Adeo tūc recētis sanguinis Christi yirore ecclesia rigata benignitate et clemētia in paupēs reflorebat, vt nulla potius alia rōne animos hominū cōciliaret, cōtraheretq; ad fidē Christi. Vnde vt lib. 6. ecclasiasticæ historię scriptū est, Julian⁹ ille apostata qui ecclesiæ apertū bellū indixit, hoc paganos sumō pere exortabāt, vt Xenodochia et pauperū hospitia extueret, dotarēt, ditarētq; vt hac clemētia christianis ex cellētes, paganos in christianismū pperātes possent in paganismo retinere. ¶ Sed qđ demū exēplo illius ecclesia pauperib⁹ opitulari cōtendimus, ne postulare indigeat: Quarta tūc pars omniū fructū et redditū ecclesiæ decreta erat et destinata alēdis paupib⁹: vt est in decreto Gelasij can. q̄tuor. xij. q. ii. et in decreto Simplicij can. de reditib⁹: et in cōcilio Toletano can. sancim⁹ ibidē. Et tñ q̄ntuncūq; tūc erat optimē pauperib⁹ succursū, nulq; legim⁹ interdictū eis fuisse postulare. Qua ergo rōne in hoc moō sāculo, qñ dari nobis optam⁹ charitatē illi⁹ gētis, praelatos illi⁹ ætatis, sanctiones illi⁹ ecclesiæ, puent⁹ deniq; ánuos paupib⁹ cōstituitos, qua (inq;) rōne adduci possumus, mēdicos a facultate libertateq; postulādi cohibere: ¶ Coloniēs, ad quorū pro

Lib. 6. ecclasiasticæ historię scriptū est, Julian⁹ ille apostata qui ecclesiæ apertū bellū indixit, hoc paganos sumō pere exortabāt, vt Xenodochia et pauperū hospitia extueret, dotarēt, ditarētq; vt hac clemētia christianis ex cellētes, paganos in christianismū pperātes possent in paganismo retinere. ¶ Sed qđ demū exēplo illius ecclesia pauperib⁹ opitulari cōtendimus, ne postulare indigeat: Quarta tūc pars omniū fructū et redditū ecclesiæ decreta erat et destinata alēdis paupib⁹: vt est in decreto Gelasij can. q̄tuor. xij. q. ii. et in decreto Simplicij can. de reditib⁹: et in cōcilio Toletano can. sancim⁹ ibidē. Et tñ q̄ntuncūq; tūc erat optimē pauperib⁹ succursū, nulq; legim⁹ interdictū eis fuisse postulare. Qua ergo rōne in hoc moō sāculo, qñ dari nobis optam⁹ charitatē illi⁹ gētis, praelatos illi⁹ ætatis, sanctiones illi⁹ ecclesiæ, puent⁹ deniq; ánuos paupib⁹ cōstituitos, qua (inq;) rōne adduci possumus, mēdicos a facultate libertateq; postulādi cohibere: ¶ Coloniēs, ad quorū pro

tūntialē cōuentū (quia nec papæ authoritate pollet, nec
 quicq; præter iura cōia de hac re p̄prie fanciavit) nihil
 r̄ndeo, aut Hipr̄ses, aut germani vlli neutiq; Hispanis
 in hac re exēplo esse possūt. Nā præterq; q̄ (vt anteā di-
 cebam⁹) multo sūt magis politici, æraria publica hēnt
 amplissima, vñ iusta subsidia paupibus decernūt. vt in
 coloniēsib⁹ atq; hipr̄sib⁹ statutis habet. Id qd' de Ve-
 netis, Genuēsib⁹, multisq; italis fama est. Nos autē;
 sola mēdicata pecunia, nescio quo possimus mō auxi-
 lia mēdicis sufficere, vt eos iure mēdicare cohibeam⁹:
 qntūcūq; sint elemosynarū leges cōsultissimæ. Et,
 qd' omniū hic ego plurimū animo reputo, q̄ legū hu-
 iusmodi atq; ordinationū legitimi sunt latores, pmul-
 gatores, et executores, nō equidē sæculares, sed cclesiæ
 prælati sīnūt, et sacerdotes. Vbi nā rōgo paginæ sacræ
 quo ve forte sacrorū canonū sæculares huic pauperū
 muneri patrōes designantur; aut vbi nō ecclesiæ sacerdo-
 tes et epi huic negotio, veluti pauperū patres, destinen-
 tur? Quid ita: quia sacerdotes voluit Christ⁹ vt (ei⁹ ait
 discipul⁹ Paul⁹) ab sæculari solitudine vacare. Nā q̄
 sine vxore (inqt) est, solicit⁹ est quæ domini sunt, quo
 mō placeat deo. Qui aut cō vxore est, solicitus est quæ
 sūt mūdi, quomō placeat vxori; et diuisus est. Quorsū
 hæc? Certe vt cōniveā, negotiū hoc & pauper̄ curā diu-
 nō posse in manib⁹ sæculariū, qnta sintcūq; pbitate et
 prudētia prædicti, pdurare. Nō ita de⁹ et ecclesia institu-
 tū esse duxit. Sed structuræ hui⁹, q̄ spūalis est, epi ar-
 chitecti effēt, oportet, populi mun⁹ est vt materia syl-
 uaq; subministret. Qm̄ sæculares vxores duxerunt, fa-
 miliā hēnt, curis alijs negocitionibusq; et solitudini-
 bus cōplicantur. Vix se ab illis extricare possūt, vt humōi
 mīræ officijs libere vacare possint. Nisi ex pauperū ele-
 mosynis stipēdia ministris statuant, raros inuenias q̄

in officio perseuerent. Atq; ita v su contingere evidet⁹, vt bona eleemosyna & parte, quæ ministris obuenit, de fraudentur pauperes. Sed ais prælati non perinde atq; prædecessores, curam pauperum gerut. Fateor equidem: sed sperare nō possum vt sacerdotes, episcoporum vices fungentes, resarciant dāna, satis (inq) negotio faciant, vt pauperes in claustris perpetuo possint sustineri. Qui modo negotium suscepérunt, quia proceres sunt et præcipui homines, christianissime instituti, rem poterunt in tempus continuare: cū tamen deinceps alij atq; alij, in hac sint puincia succesiuri, prolabi subinde ac sensim cadere necessarium est. ¶ At vero, quo iam ad portum applicans, vela contraham, id quod in vniuersis, quæ homines tentantes adoriantur, maximum habet pondus, experientiam (inq) in testimonium appello. Triennium ferme iam hæc eleemosynarum ratio v su et more seruat. Quis nam inde in effectu fructus pronenerit, hoc tu prouidentissime Princeps fac certo scias. De hoc (quia non in iure, sed quod aiunt in facto positum est) nullam mihi vollo haberis fidē. Tametsi quod ego hic et audiendo et videndo experior: ac perinde de alijs locis coniicio, multum huic negotio refragatur. Sed tu hoc, vt es oculatissimus, da operam vt fraude procul intelligas. Primum, an in turbis validorum mendicantium quæ vrbibus magnæ depulsi sunt, aliqui forsitan legitimi pauperes promiscue excesserint. Alterum quædo nullum vicatim obambularem mendicatum conspicimus, vtrū numerus pauperū in antiquis hospitalib⁹ succreuerit, an vero aucta fuerint alia, quibus illi q; discurrebant recepti fuerint. Mox an sint christiani homines qui querimoniae pargant, q; non sint iam mendicati qui a eleemosynas extorquendas vim inferant. Nā in hac etiam re solitum erat regnum celorum ym pati.

Per ora-
tio.

Deinde an eleemosynæ, quæ ex actis vagabundis adē
præ sunt, incolis postulareq; verecundantibus (is qui
præcipu⁹ in hac re habéodus fuerat finis) integræ obue-
niant. An vero forsitan nichilo illi, aut forte paucum me
lius habeant: sed eleemosynarum summa quæ esse con-
sueuerat, fuerit extenuata. Quod si rem prospere succe-
dere cognoueris. Nempe si eleemosynas nichilo mino-
res, sed maiores multo fieri, si incolarū pauperū misé-
rias, ærūnas, et calamitates, quibus grauiter cōprimū-
tur, auctis eleemosynis subleuari, curam adhibe, tuāq;
Principis autoritatem interpone, vt horum instituto-
rum ratio procedat. Tunc vero quo Principis animatum
propendere conspexerimus, inclinabimus omnes. Illi
parti applaudemus, suffragabimur, fauebimus. Id vni
uersi tutabimur, prædicabim⁹, adiutabimus. Sin vero
rem deteriorari senseris, tunc satis fuerit, si studia illa et
instituta eleemosynas conscribendi in auxilium et sub-
sidium pauperū incolarū, qui egestatē domis sustinent,
retineamus, cōmendemus, et, vt prosperetur, summa ope-
nitamur. Nam illa deo esse non possunt nisi probatis-
sima et acceptissima. Cæteris vero mēdicis ius relinqua-
tur postulādi. Nam q; aliquis vere pauper publicas, q;
mendicauerit, poenas luat, absit vt in christianorum re-
gno subchristianissimo Principe audiamus. Illius. n.
prodigiosæ statuæ cuius Daniel mysterium interpre-
tatus est, licet caput aureum esset, et pectus argenteum,
pedes vera abiectissimi (nempe partim ferrei, partim fi-
ctiles) tamē cōminutis pedibus, corpus subinde ipsum
ex preciosis metalis corruit. Quid si ordo hic abiectissi-
mus pauperum, eleemosynarum meritis sublimiores
rei publicæ ordines sustentat. Quo de medio sublato,
totum periclitetur corpus. At vereor, ne te iam prolixæ
orationis tædere incipiat. Nā nescio quo impetus me-

Deut. 2.

F iii

longius q̄ institueram , surripuerit. Tametsi quando
nihil aliud quale quale obsequiu hoc meū præstiterit,
sicut tamen hic nōnulla, quæ te legisse nō pœnitibit ad
pœnitentissimam hanc præclarissimāq; misericordiæ
virtutem comparandam. Etenim qui in tantam regno
rum spem diuino numine & misericordia hac luce do-
natus es, quanta neminē secundū patrē, aut forte perq;
rarissimos, vñq; natura produxit , quibus nam alijs q;
misericordiæ potes officijs amplissima beneficia repen-
dere? Nam et si velut in throno dei, ita et in Principis
folio ambas confedere deceat, iustitiam et misericor-
diam: hæc tamen, perinde atq; in deo, maiori in re-
gesplendore fulget. Sed vtraq; faxit deus, effi-
cias, vtqualem te inter mortales merito te
nere gaudemus, tali etiam esse loco
inter diuos perpetuo viden-
tes gratulemur.
Vale.

Salmanticæ.
In officina Ioánis Giuntæ
trigesima Ianuarij.
Anno domini.

1545